

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXIV**

**RES POLONICAE EX ARCHIVO REGNI DANIAE
III PARS**

ediderunt

**CAROLINA LANCKOROŃSKA
et GEORGIUS STEEN JENSEN**



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 1

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XIV, Romae, 1954-1970

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXIV**

**RES POLONICAE EX ARCHIVO REGNI DANIAE
III PARS**

ediderunt

**CAROLINA LANCKOROŃSKA
et GEORGIUS STEEN JENSEN**



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 1

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

EDITIONEM CURAVERUNT:
VALERIANUS MEYSZTOWICZ
WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	V
Textus documentorum	»	3
5 Tabulae		

INTRODUCTIO

Publici iuris hic facimus novum volumen documentorum ad Poloniam spectantium, ex Archivo Regni Daniae depromptorum, quae ibi sub signo T.K.U.A. Polen A.II.7. custodiuntur.

Quae quidem tam multa sunt, ut ea in duo volumina dividere coacti simus: Elementa ad Fontium Editiones XXIV et XXV.

Quam ob causam nonnisi in altero volumine (scil. XXV) collocabuntur tam indices, nominum videlicet propriorum et chronologicus, quam plenus regestorum elenchus, ad utrumque volumen pertinentium.

Ex his omnibus scriptis 230 documenta (excepto solummodo doc. N. 1) annos 1509-1572 complectuntur, illud igitur temporis spatium, quo in Polonia duo regnant ultimi reges, quos Domus Jagellonica edidit, Sigismundus nempe I et Sigismundus Augustus. Quo tempore in Dania Ioannes, Christianus II, Fridericus I, Christianus III, Fridericus II regiminis sceptrum tenent.

Maxima procul dubio horum scriptorum pars ad legationes atque tractatus, inter Sigismundum Augustum et Fridericum II conclusos vel concludendos, quodammodo se refert.)*

Institutum nostrum duo iam hucusque volumina documentorum (volumina scil. IX et XX seriei: Elementa ad Fontium Editiones), ex Archivo Hafniensi transcriptorum, in lucem edidit. Ex quibus volumen IX eandem complectitur temporis periodum, de qua in hoc praesenti volumine tractatur.

Collectio illa sub signo T.K.U.A. Polen A.I.1 in eodem tabulario conservatur.

Archivistica documentorum dispositio, vel epistolarum regiarum ab aliis publicis scriptis separatio vel divisio, quam, regulae nostrae semel acceptae fideles, nunc quoque intactam servavimus, saepe ita facta est, ut eadem quaestio in utraque collectione tractatur. Ita, verbi gratia, epistolae regiae ad legationes pertinentes saepe, sed non semper, in collectione A.II. collocatae inveniuntur.

Hactenus ex Archivo Regni Daniae typis mandavimus documenta ad Poloniam spectantia ex duabus seriebus "Cancellariae Germanicae" (T[yske] K[ancelli] U[denrigske] A[fdeling]): A.I. et A.II.

*) Notatu dignum est Sigismundum Augustum iam annis 1546-1559, id est Christiano III adhuc vivente, Friderico titulum "regis electi" tribuisse, quod cum vero rerum statu minime quadrabat, praeterea quod Fridericus usque ad patris obitum nonnisi titulo "principis Daniae" insignitus erat. Quae res eo forte explicatur, quod Sigismundus Augustus iam 19 annos ante mortem patris rex Poloniae coronatus erat, quamquam re ipsa nondum regnabat. Probabiliter ergo per analogiam et urbanitatem Fridericum quoque "regem" nominat.

In serie A.I. epistolae regum inveniuntur seorsim collectae, i.e.: A.I.1 (1526-72), quae editae sunt in nostro vol. Elementa ad Fontium Editiones IX. Scripta ex serie A.I.2 (1577-1632) publici iuris fecimus in volumine El. ad F. E. XX, una cum A.I.3 (1532-96).

Fasciculos A.I.4-6 non edimus eam ob causam, quod ad saec. XVIII referuntur.

Ex serie A.II edimus hic involucrum primum: A.II.7, quod annos 1419-1572 complectitur.

Fasciculos A.II.8-10 (1578-1699) ad editionem praeparamus.

Scripta ex collectionibus A.I. et A.II., cum ad eosdem annos referantur, tam arcto vinculo inter se sunt coniuncta, ut hoc in casu nonnisi ambae collectiones iunctim sumptae, A.I.1 scilicet et A.II.7, supradictorum Poloniae regum mentem in gerendis rebus Balticis clarius pleniusque revelent. Quae res temporibus illis non minoris certo pro tota Europa erant ponderis, quam quae ad maris Mediterranei regiones pertinebant.

Multa ex documentis sub signo A.II.7 depositis in pluribus exemplaribus exarata custodiuntur et duabus linguis conscripta occurrunt, latine scilicet et germanice. Nec desunt quorundam documentorum concepta.

Equidem semper pro posse studuimus, ut scripta originalia vel, iis deficientibus, ampliora et correctiora ipsorum exemplaria vel concepta deligeremus, maiores differentias vel discrepantias in adnotationibus adducentes.

Similiter quoque mens nostra erat, ut exemplar originali potius idiomate scriptum typis mandarem: nihilo tamen minus, cum dubium extabat, exemplar latinum germanico praetulimus: aliquando vero, cum re ipsa, non solis verbis, inter se discrepant, utrumque lectori comparandum porrigimus.

Cum documenta in Archivo Regni Daniae asservata foliatione, quam vocant, omnino careant, eum tantummodo in ipsis disponendis ordinem sequi potuimus, quo ipsa nunc ibi disposita inveniuntur. Qui quidem ordo non semper ordini chronologico est conformis.

*In nonnullis documentorum fasciculis dispositionem alphabeticam notamus, a Casparo Paselick**) confectam. Uno etiam casu plura documentorum exemplaria manu ipsius transcripta vel adnotationibus suis munita in unum fasciculum consuta invenimus. Habita igitur ratione eximiae insignisque partis, quam in gerendis rebus publicis, iis praesertim, quae ad exteras regiones pertinebant, vir ille tunc temporis in Dania habuit, concepta, exemplaria, adnotationes, ipsius manu exarata, ubique indicavimus.*

In collectione A.II.7, secus ac in aliis huiusmodi collectionibus, reperitur fasciculus, tegumento coopertus, documenta continens, quae ad res danicas minus strictae spectant. Agunt enim de relationibus, inter Sueciam et Poloniam annis 1561-1563 intercedentibus. Cui scriptorum fasciculo nomen "Archivi Ioannis Tęczyński" est datum. Quod post multos vere mirabiles casus incredibilesque fere fatorum vicissitudi-

****) Caspar Paselick, Pomeraniensi familia Rostochii a. 1530 natus, vita functus est a. 1597. Usque ad annum 1585 erat unus ex insignioribus dignitariis "Cancellariae Germanicae" Regni Daniae, quae gerendis rebus cum exteris operam dabat.**

nes,^{***}) iam ipso Tęczyński vita functo, Hafniam denique est perlatum et in eius civitatis tabulario custoditur.

Quo in Tęczyńskiano fasciculo, primum prorsus in nostra edendorum documentorum opera, nacti sumus scripta polonico idiomate composita.

Haec documenta, partim humiditate deleta et lacerata, partim temporis iniuria corrosa, multas praeterea expunctiones correctionesque in textu exhibent. Huc accedit, quod tunc temporis polonica lingua certis stabilioribusque scribendarum litterarum vocabulorumque regulis omnino carebat, ita ut non raro in uno eodemque documento unum idemque verbum variis modis scriberetur.

Itaque quaestio nobis solvenda ponebatur, utrum orthographia, quam vocant, polonica ad regulas nostris temporibus pro lingua polonica vigentes conformanda nobis esset, an vero immutata atque intacta relinquenda. Ad hanc secundam solutionem inclinare placuit. Altero enim saeculi XVI dimidio litterae polonicae opipare florent summisque lucebant splendoribus. Noluimus igitur philologico documentorum nostrorum valori aliquid adimere, commodioris faciliorisve lectionis causa.

Scribendi itaque modos, nullis inductis mutationibus, intactos servavimus, habita ratione variabilitatis, quacum vocales sermonis polonici propriae tunc reddebantur (q et e pro ě; a, q, am pro ą) et consonantes, quibus latina lingua caret (ut puta: sz, z pro ź; ss, sch, sz pro sz, et sim.).

Dum semper i et y promiscue adhibentur, notatu digna est epistola (doc. N. 134), in qua littera j scripta occurrit, quae minime littera I maiuscula considerari potest.

Verba aliquando in manuscriptis iunctim scripta multoties, modernum usum sequentes, divisimus (e.g. skrolem - s krolem).

Maiusculas et minusculas litteras transcripsimus, uti in manuscripto inveniuntur; sed nomina propria semper maiuscula incipimus. Similiter etiam verba, quae post punctum ponuntur.

Sed ad verborum interpunctionem quod attinet, hanc, ob saepe confusam atque obscuram documentorum polonicorum syntaxim, paucis solummodo in casibus tentavimus, ne arbitraria interpunctione eorum sensum obscuriorem forsitan redderemus.

Non omnia documenta polonice scripta primum hic in lucem edimus. Nonnulla enim eorum iam in volumine: *Handlingar Rörande Sveriges Utrikespolitik 1561-1566, Stockholm 1946, in Suecia edito typis impressa inveniuntur. Qua re non obstante omnia in extenso hic edimus, tum quod editio svedica accessu difficilior apparet, tum quod nostra lectio a suedicorum editorum lectione saepe non parum differt.*

Restat, ut gratias agamus omnibus, qui quoquomodo ad haec duo volumina in lucem edenda aliquid operis contulerunt.

Primo certe loco nominandus hic est collega collaboratorque noster Georgius Steen Jensen, qui non solum summopere incubuit in edendis documentis linguis germanicis scriptis, sed cuius etiam rerum gestarum patriae suae notitia maximae pluries utilitati fuit, cum, verbi gratia, de

^{***}) Cfr. J. STEEN JENSEN, Jan Tęczyński's Baltic Voyage (1563) in *Antemurale* XIV, p. 193 ssq.

documentis dato carentibus res agebatur, quibus ita "approximativum" saltem temporis vel loci datum adiungere potuimus.

In toto tam arduo opere ad finem deducendo D. Wanda De Andreis maximam summamque opem mihi attulit, sine cuius praeterea valido auxilio difficillimorum documentorum polonicorum editio omnino impossibilis fuisset. Solummodo ob eius insignem linguae polonicae antiquioris et recentioris aevi cognitionem, necnon in laboribus pertinaciam dicta polonica scripta transcribi edique potuerunt.

Moderatoribus magnifici Archivi Hafniensis omnibusque ei addictis personis pro hospitalitate praestita maximas agimus gratias.

C.L.

Textus documentorum ex fasciculis

”T.K.U.A., SPECIEL DEL. POLEN, A.II.7.”

Hafniae, 23 Iunii 1419.

*Ericus XIII, rex Daniae, Sueciae et Norvegiae
universis
articuli tractatus cum Vladislao II rege Poloniae.*

*(Exemplar. Orig. ex parte Polonica redactum in Pergamentsamlingens
Udenrigske Afdeling.)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Nos Ericus, Dei gracia regnorum Dacie, Swecie, Norwegie, Gottom^{a)} Slaworumque^{b)} rex et dux Pomeranii^{c)} etc., recognoscimus, testamur et protestamur publice et manifeste coram omnibus et quibuscumque, quod nos propter singularem amicitiam et amorem et propter^{d)} ambasiatam sive negocium prout serenissimi principis ac domini, domini Waldislai,^{e)} z) eadem gracia regis Poloniae et supremi principis Lithwanie,^{f)} heredis Russie^{g)} etc., charissimi^{h)} fratris nostri, fideles nuncii et ambasiatores, videlicet domini Iaroslausⁱ⁾ ac Iwwo,^{j)} succamerarius Calissiensis,^{k)} et Sbigneus^{l)} z) de Altomonte, castellanus Rospergensis, ad nos deduxerunt, et propter singularem complacentiam ex hoc, quia istud est pro responso super negotiis^{m)} et ambasiatis ex parte nostra per dilectos et fideles nuncios, consiliarios nostros, dominos Maczkeⁿ⁾ Borken, Gerardum de Dewithz^{o)} et Swantz de Snicz^{p)} ad dominum serenissimum fratrem nostrum, regem Polonii^{q)} z) etc. transmissos et destinatos, expositis et deductis, prout a nobis habuerunt in commissis et mandatis; et ob hoc confederavimus, constrictimus et ligavimus nos, pro nobis et nostris heredibus et successoribus, et regna nostra^{r)} cum omnibus et singulis inhabitatoribus eorundem, ecclesiasticis et temporalibus, de consilio et consensu consiliariorum trium regnorum nostrorum et terrarum prefatarum cum dicto serenissimo principe ac domino, domino Vladislao Rege etc.,^{s)} fratre nostro carissimo, et cum suo regno et terris et cum omnibus inhabitatoribus earundem,^{t)} ecclesiasticis et temporalibus, necnon cum illustri principe ac domino, domino Vitholdo,^{u)} alias dicto Alexandro,^{v)} magno duce Lithwanie^{w)} et castris, terris et civitatibus eiusdem et inhabitatoribus earundem,^{x)} sic et taliter, quod nos et regna nostra,^{y)} heredes et nostri successores^{ab)} et omnes inhabitatores regnorum et terrarum nostrarum volumus et debemus circa prenominati domini regis Poloniae, fratris nostri carissimi, et sui regni necnon suarum terrarum et inhabitatorum eorundem, ecclesiasticorum et temporalium, necnon dicti illustris principis, domini Vitholdi, alias Alexandri, magni ducis Lithwanie, necnon terrarum, castrorum, civitatum suarum et inhabitatoribus^{ac)} earundem^{t)} iuvamen et assistentiam remanere cum omni potencia et potentatu nostro, bona fide, ad omne ius eorum, quando ad hoc fuerimus requisiti, dummodo posse et potestatem iuris eorum habeamus taliter, quod stare velint

diffinicioni nostre in caussis^{ad)} eorum in ratione, iusticia et in iure. Cum vero contingat, quod unus de nobis prefatis regibus et dominis sic confederatis requirat alium regem et dominum confederatum, quod cum suo iuvamine sequatur ipsum, tunc ille sic requisitus et invitatus, vel requisiti et invitati, debent vel debent sequi requirementem suis propriis expensis, sumptibus et damnis.^{ae)} Verum si aliqua lucrarentur et lucra reciperentur^{af)} in campis^{z)} ag⁾ et rapinis, talia dicti reges et dicte partes debent dividere inter se et debent^{ah)} ad utramque partem confederatorum pertinere. Si vero castra, civitates vel terre expugnarentur, obtinerentur vel lucrarentur potenter vel per tractatus, talia castra, civitates et terre deberent remanere apud illum, qui requisivisset sequelam et cui fit et facta est sequela. Si vero unus^{ai)} requirit^{aj)} alium vel alios pro sequela ad terras, in quibus^{ak)} ambe partes ius haberemus ex parte regnorum et terrarum nostrarum, et nos ambe partes in illis aliqua expugnarem^{al)} vel lucrarem^{al)} vel obtineremus^{al)} potencia vel per tractatus, tunc illa, que sic expugnarentur vel lucrarentur, deberent remanere apud illum, ad cuius regni dominium vel terras pertinuisent et pertinerent. Et si aliqua alia ultra premissa de bonis vel dominiis inimicorum expugnarentur vel obtinerentur per potenciam^{am)} vel tractatibus, illa deberent ad utramque partem pertinere. Eciam volumus huiusmodi federa et amicitias cum Dei gracia et adiutorio habere contra gentiles et paganos^{an)} infideles, ita videlicet quod in bona fide cum Dei auxilio omni tempore volumus ad id^{ao)} mentem habere et attendere, quod fides catolica^{ap)} augeatur et christianitas augmentetur iuxta ultimatum nostrum posse, et quando dominus Deus nobis ambobus^{aq)} z⁾ partibus aut alteri nostrum hoc instinxerit, quod nos cum adiutorio Dei in hoc aliquid attendere^{ar)} voluerimus iuxta nostrum intellectum^{as)} et desiderium,^{at)} unus nostrum ad alium debet super hoc mittere suos fideles nuncios et ambasiatores ad concorditer tractandum et concordandum et uniendum qualiter meliori modo et forma istud incipiemus et apprehendemus,^{au)} et postquam in hoc fuerimus concordantes, tunc una partium alteri debet hoc sinceriter et bona fide tenere et observare. Eciam nos Ericus rex prenominate et regna nostra et terre et inhabitatores earundem, ecclesiastici et temporales, volumus et debemus prenominate domini regis Polonie, fratris nostri carissimi, et regni sui et terrarum suarum et inhabitatorum eorundem et dicti domini Vitoldi,^{z)} alias Alexandri, magni ducis Lithwanie, terrarum, castrorum, civitatum suorum et inhabitatorum earundem¹⁾ melius, utilius et conveniencius promovere et disconvenienciam seu eisdem contraria amovere iuxta omnem possibilitatem nostram publice et private in bona fide, omni doio et fraude exclusis. Si vero aliquis de nobis regibus vel ipse dominus Vitoldus, dux prefatus, decederet, tunc dicta regna et ducatus eque bene^{av)} deberent in dicto federe permanere. Et similiter si in aliquo de dictis regnis vel ducatu unus alius rex vel dux veniret, qui in huiusmodi federe non vellet permanere, tunc dicta regna et ducatus deberent dicta federa observare, ut prefertur. Omnes predictos articulos et quemlibet eorum in specie promittimus nos Ericus, Dacie, Swecie, Norwegie etc. rex et dux Pomeranii etc. prefatus, pro nobis, nostris heredibus et successoribus et tribus regnis nostris et terris prefatis firmiter et inviolabiliter observare sine dolo, et nobiscum et pro nobis et regnis nostris et terris venerabiles et dilecti nostri prelati, milites et militares, sicut inferius describuntur, promittunt, quod de eorum consilio et voluntate omnia hec facta sunt in tribus nostris regnis et terris, et nos cum eis

et ipsi nobiscum promittimus bona fide observare serenissimo principi ac domino, domino Wladislao, regi Polonii etc.,^{aw)} carissimo fratri nostro, et dicto illustri principi domino Vitoldo, alias Alexandro, magno duci,^{ay)} et dictis regno et ducatu,^{aa)} eorum terris et earundem^{t)} inhabitatoribus, prelatibus, militibus, militaribus et cuiuslibet eorum fidelibus bona fide firmiter observare. Et pro maiori testimonio et firmitudine et pleniori observancia omnium premissorum sigillum maiestatis nostre presentibus de certa et deliberata sciencia et voluntate nostra fecimus ad hanc literam appendi unacum^{bb)} sigillis venerabilium prelatorum nostrorum archiepiscoporum et episcoporum, baronum, militum et militarium infrascriptorum,^{cc)} videlicet Petri, Dei gracia archiepiscopi Lundensis et apostolice sedis legati etc., et Iohannis, eadem gracia Upsalensis archiepiscopi; item Iohannis Roschildensis, summi cancellarii regni nostri Dacie prefati, Kanuti Lyncopensis, Iohannis Slesvicensis, Boecii Arusiensis, Petri Burglanensis, Lagonis^{dd)} Wibergensis, Iohannis Ottoniensis, Cris-
 tierni Ripensis, Brunolffi Scarensis^{ee)} et Naffnonis,^{ff)} eadem gracia ecclesiarum episcoporum, et honorabilium virorum, Antvoernii,^{gg)} duodecim apostolorum Bergis, Iohannis Burglanensis, Iohannis Wibergensis ecclesiarum prepositorum; item ingenuorum, clarorum et spectabilium virorum, castrorum, dominiorum et terrarum infranominandorum et exprimendorum^{hh)} castellanorum, commissariorum et prefectorum, dominorum videlicet: Iohannis Duwe de Throresø,ⁱⁱ⁾ Nukupunk; Prithmer-
 ni^{jj)} de Podbusch et Ozeborg;^{kk)} Andree Iacobi Lunge de Egethe^{ll)} Rawensburgh et Traneker et Langlander;^{mm)} Waldemari Budelsfach,ⁿⁿ⁾ Sthege,^{oo)} et Moen; Erici Krumedike, Altolm;^{pp)} Absolonis Petri de Herdelaw,^{qq)} Wardberg,^{rr)} Falkenberg,^{ss)} Stanother^{tt)} et Falster Wode;^{uu)} Iuani Bruseke de Wemetofti,^{vv)} Nukoping Falstrie; Iohannis Grum de Tosporp,^{ww)} Lyndholm;^{yy)} Benedicti Nicolai^{bc)} de Nuness; Algoti Magni de Refness,^{bd)} Gripsholm^{be)} et Angermannalandh;^{bf)} Erici Nicolai de Twi^{bg)} et Dempterslwud,^{bh)} Ripen; Benedicti Pogerst,^{bi)} castellani^{bj)} et Alandh;^{bk)} Swenonis Sture, Sundholm; Boecii Dywre de Stocholm^{bl)} et Telge;^{bm)} Iohannis Nicolai de Awensberg,^{bn)} legiferi terre nostre Iucie; Nicolai Got Stai^{bo)} de Rutzwik; Turonis^{bp)} Stenonis de Kragherwm, Pixburg;^{bq)} Nicolai Erengisla,^{br)} Faxholm; Benedicti Stenonis de Gogksholm;^{bs)} Kanuti Hudonis^{bt)} de Wjisbji;^{bu)} Iohannis Swortz^{bv)} Sholm,^{bw)} Eresteen;^{by)} Nicolai Boecii de Lundholm,^{ca)} Gotstavi Algoti de Engloe;^{cb)} Sture Algotide Groenstowghue;^{cd)} Tunne Tunnow,^{ce)} Erie; Eylerdi^{cf)} de Hesle; Nicolai Fleming, legiferi terre Finlandie; Ottonis de Knope, Openraa; Henrici Kanuti, Orrwm;^{cg)} Trwgoti^{ch)} Hass de Oretofte;^{ci)} Nicolai Swenonis de Ellinge; Henrici Iohannis de Strø; Olavi Stigoti de Raptorp;^{cj)} Byld^{ck)} de Heldorp; Andree Nicolai de Dortningholm,^{cl)} Kopenhaffn; Akonis^{cm)} Laxman de Walen;^{cn)} Iohannis Lagonis^{co)} de Magenstorp;^{cp)} Nicolai Strangonis de Norentofte;^{cq)} Iohan-
 nis^{cr)} Swenonis de Nagenstorp;^{cs)} Luderi Kawalk^{ct)} de Assedaal;^{cu)} Laurencii Swenonis^{cv)} de Loghethueti;^{cw)} Jone Lille de Worbergh^{cy)} et Thoweschwg;^{da)} Beronis Swenonis de Awerwm et Laurencii Hwasse^{db)} de Horemstorp,^{dc)} militum; Petri Flaster, iusticiarii regni nostri Dacie; Iohannis Kropelin,^{de)} Bawhwss^{df)} et Eluisberg;^{dg)} Petri Luck de Staeth,^{dh)} Tordorp;^{di)} Iohannis Laurencii, Ørebro; Ficconis^{dj)} de Witzen, Hønstorp^{dk)} et Abramstørp; Stenonis Basse, Nuborg;^{dl)} Nicolai Ione, Kolding;^{dm)} Absolonis Bracde^{dn)} de Wortschowle;^{do)} Magni Erici, Rynstadholm;^{dp)} Bundonis Iacobi de Krakeholm; Alberti Btwdelswacci,^{dq)}

Hintzegafuel; Nicolai Sthrudel^{dr)} de Lambehage^{ds)} et Ottonis Schinkell de Ruthegard^{dt)} militarium. Datum in castro Haffnensi, Anno millesimo quadringentesimo decimo nono, in^{du)} vigilia nativitatis beati Iohannis baptiste.

In margine superiore: En copie aff en forbinding ffordom skedde mellan konung aff Palen och thene iij riken.

- Infra afferuntur discrepantiae inter hoc exemplar et originale, editum ab: O.S. Rydberg: Sverges Traktater etc., 1895.*
- | | |
|------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------|
| a) <i>in orig.</i> Gothorum | as) <i>in orig.</i> iuxta intellectum nostrum |
| b) <i>in orig.</i> Sclauorumque | at) <i>hic in orig.</i> sequitur verbum: tunc |
| c) <i>in orig.</i> Pomeranie | au) <i>in orig.</i> apprehendamus |
| d) <i>hic in exempl.</i> sequitur expunctum: ambasiatores | av) <i>in orig.</i> equebene |
| e) <i>in orig.</i> Wladislai | aw) <i>in orig.</i> regi Polonie, et deest abbreviatio: etc, sed sequitur: ac |
| f) <i>in orig.</i> Litwanye | ay) <i>in orig.</i> verba: magno duci desunt. |
| g) <i>in orig.</i> Rutzie | aa) <i>hic in orig.</i> sequitur coniunctio: et |
| h) <i>in orig.</i> carissimi | bb) <i>in orig.</i> una cum |
| i) <i>in orig.</i> Jarosclaus | cc) <i>in orig.</i> hic sequuntur verba: venerabilium patrum |
| j) <i>in orig.</i> de Juno | dd) <i>in orig.</i> Lagonis |
| k) <i>in orig.</i> subcamerarius Calisiensis | ee) <i>in orig.</i> Scharensis |
| l) <i>in orig.</i> Sbingneus | ff) <i>in orig.</i> hic sequitur verbum: Arosiensis |
| m) <i>in orig.</i> negociis | gg) <i>in orig.</i> Antberni |
| n) <i>in orig.</i> Matzke | hh) <i>in orig.</i> exprimendarum |
| o) <i>in orig.</i> Dewitz | ii) <i>in orig.</i> Thoerssø |
| p) <i>in orig.</i> Swantz Desnitz | jj) <i>in orig.</i> Pritberni |
| q) <i>in orig.</i> Polonie | kk) <i>in orig.</i> Ozeborch |
| r) <i>in orig.</i> nostra regna | ll) <i>in orig.</i> Eghete |
| s) <i>in orig.</i> rege Polonie etc. | mm) <i>in orig.</i> Langlandie |
| t) <i>in orig.</i> eorundem | nn) <i>in orig.</i> Budelsbach |
| u) <i>in orig.</i> Wytoldo | oo) <i>in orig.</i> Steghe |
| v) <i>in orig.</i> Allexandro | pp) <i>in orig.</i> Aleholm |
| w) <i>in orig.</i> Litwanye etc. | qq) <i>in orig.</i> Herdheløff |
| y) <i>in orig.</i> et nostra regna | rr) <i>in orig.</i> Warthbergh |
| ab) nostri heredes et nostri successores <i>in orig.</i> | ss) <i>in orig.</i> Falkenbergh |
| ac) inhabitatorum? | tt) <i>in orig.</i> Schanoer |
| ad) <i>in orig.</i> causis | uu) <i>in orig.</i> Falsterbode |
| ae) <i>in orig.</i> dampnis | vv) <i>in orig.</i> Wemetoffta |
| af) <i>in orig.</i> recipentur, <i>probabiliter error.</i> | ww) <i>in orig.</i> Tostorp |
| ag) <i>in orig.</i> captivis | yy) <i>in orig.</i> Lindholm |
| ah) <i>in orig.</i> deberent | bc) <i>in orig.</i> Nicholai |
| ai) <i>in orig.</i> hic sequitur verbum: de nobis | bd) <i>in orig.</i> Refsness |
| aj) <i>in orig.</i> requirer | be) <i>in orig.</i> Griipsholm |
| ak) <i>in orig.</i> hic sequitur verbum: nos | bf) <i>in orig.</i> Angermanneland |
| al) <i>in orig.</i> hic sequitur: cum | bg) <i>in orig.</i> Tiim |
| am) <i>in orig.</i> cum potencia | bh) <i>in orig.</i> Dempsterslund |
| an) <i>in orig.</i> hic sequitur coniunctio: et | bi) <i>in orig.</i> Pogwisch |
| ao) <i>in orig.</i> hoc | bj) <i>in orig.</i> Castelholm |
| ap) <i>in orig.</i> catholica | bk) <i>in orig.</i> Alandt |
| aq) <i>in orig.</i> ambabus | bl) <i>in orig.</i> Stokholm |
| ar) <i>in orig.</i> attemptare | bm) <i>in orig.</i> Telghe |
| | bn) <i>in orig.</i> Awentzbergh |
| | bo) <i>in orig.</i> Gotstau |
| | bp) <i>in orig.</i> Thuronis |

bq) *in orig.* Pixburgh
 br) *in orig.* Nicholai Erengislonis
 bs) Gøksholm
 bt) *in orig.* Vddonis
 bu) *in orig.* Nesbu
 bv) *in orig.* Sworte
 bw) *in orig.* Schoning
 by) *in orig.* Øresteen
 ca) *in orig.* Lindholmen
 cb) *in orig.* Engxoe
 cd) *in orig.* Groenschowghe
 ce) *in orig.* Runnowe
 cf) *hic in orig. sequitur nomen: Runnowe*
 cg) *in orig.* Oerwm
 ch) *in orig.* Trugoti
 ci) *in orig.* Oerfofte
 cj) *in orig.* Krapthorp
 ck) *in orig.* Billd
 cl) *in orig.* Drotningholm
 cm) *in orig.* Achonis
 cn) *in orig.* Wallen
 co) *in orig.* Laghonis
 cp) *in orig.* Maghenstorp
 cq) *in orig.* Norentoffte
 cr) *in orig.* Jone
 cs) *in orig.* Swenstorp

ct) *in orig.* Kabolt
 cu) *in orig.* Asedaal
 cv) *in orig.* Finnonis
 cw) *in orig.* Løghethuett
 cy) *in orig.* Wibergh
 da) *in orig.* Toweschowghe
 db) *in orig.* Hwas
 dc) *in orig.* Oremstorp
 dd) *in orig.* Falster
 de) *in orig.* Kropnelini
 df) *in orig.* Bawehws
 dg) *in orig.* Elulsbergh
 dh) *in orig.* Staet
 di) *in orig.* Thordorp
 dj) *in orig.* Fickonis
 dk) *in orig.* Høystorp
 dl) *in orig.* Nhorch; Erici Erici sic
 dm) *in orig.* Koldinge
 dn) *in orig.* Braghde
 do) *in orig.* Withschøfle
 dp) *in orig.* Runstedholm
 dq) *in orig.* Budelsbach
 dr) *in orig.* Schinkel
 ds) *in orig.* Lambehaghe
 dt) *in orig.* Ruthegardh
 du) *in orig. verbum in deest.*
 z) *sic in ms.*

N. 2.

Hafniae [1520-1523]

Ignotus Suecus

ad [Christianum II] regem Daniae

significat Alexandrum regem Poloniae exemplum veteris tractationis regenti Suedico Svante Sture misisse; de negotiationibus inter Sueciam et Poloniam (a. 1506); de cultu S. Olafi in oratorio castelli Hafniensis.

(Exemplar in quarta pagina eiusdem folii, in quo N. 1 invenitur)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Hogborne fforste, käreste nadig herre.

Sisth wii sammen thalade, jwnkar Willam och iach, ffull hans ordh och thall i blandh annath, ath the swenske formoddhe sig nogath bestandh aff konunghen aff Palen om eth gamilth ffbund ffordom sketh war, som Edher Nade ma se i thenne copie etc. Æhn tid her Swanthe leffde, nogar aar for han dødde, sendhe konunghen aff Palen en sin canceller och secretarum, het doctor Wilhelmus,¹⁾ tiill her Swanthe med thenne copie, som her star, och begæraradhe for a) nya och stadfesta thenne copie tiill en lickfformlig fforbinding med alle fforbætringher, som hanom och rickith stedffne, tiickt och ynthe. Han war nær eth halffth aar pa Stocholm och war med hanom farith tiill

all äre och redelighet, som med en landsherre. Och i arskilnadhen med stor skenck och gaffuar. Och med hanom hem sendher en wellaerhd man, mesther Werner, erkedekin i Lincepin,²⁾ tha han kom warth well ffegnadh med all kongligⁿ gønst oc nade. Och tha alth war endath, hederligæ hem sendh med stor gipt och gaffuar etc. Och war swa besluthnighen, ath iiij aff radith i Swerge skulle haffua komith then neste pingisdaga tidh samma aarith fulmectige stadfestha contracten med alle sine fforbæthering pa alle sider. Och swa bleff her Swanthe død. Och inghen bod ther om tha wtsends. Om nw aer nogath ffornyath med her Sten i hans tid eller epther hans død, iach ey weth. Jach loffuede jwnckar Willam willia Edher Nad gøræ ther om sama wndheruisning, swa mickith iach her i wiste.

Kereste nadig heræ, bediends ødmiuckligha ey wilia mich taga tiill owilia, ath iach ffatig elendhe man derffuis Edher Nade omacka med my informatione och wnderuisslisse tholkin hømlig ærendh etc.

Item kereste nadig herre. Then helge herre, helge Eleff, han skall wiselige bidhie ffor Edher Nade for then store gudztieneste, Gudi tiill loff, hanom sker her i Edhers Nads cappell pa Køpenhaffn. Her sker Gudi och hanom mer heder och wardning en wiku en ffør pa Borcholm ix aar, hans leffuere, jaertechen oc miracla ære pa Øland i Gersløse oc tror hans penninga med i ...^{b)} borde wara her hos helgedoman. Iach ser her wara stor besøkends tiill hans helgedoma huar dag. Will Edher Nade befella mesther Goske³⁾ høra mich om the ffor^{ne} ærende, will iach gøra hanom san wndheruisning pa Eder Nades wegna.

a) for *add. sup. lin.*

b) *verbum illegibile*

1) *error; nomen eius fuit Leonardus Heredianus*

2) *scil. Verner Nilsson*

3) *probabiliter Gotskalk Eriksen Rosenkrantz, cancellarius Christiani II*

N. 3.

s.l. [1506?]

*Officialis regis Poloniae
ad oratorem regis Daniae
negotium ab eodem oratore expositum ad Senatum missum esse nuntiat.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Seriem legationis vestrae, Domine Orator, nomine Serenissimi Domini Regis Daciae per vos exposite, hec Sacra Maiestas Regia ad plenum intellexit. Sed quum ea legatio talia in se contineat, quae ad incltyti Poloniae Regni dispositionem pertineant, decrevit hec Sacra Maiestas ad Senatum Regni sui eadem negotia deferre et praesertim, quod Sua Maiestas Sacra tamquam novus Rex sine Senatu Regni, quem hic presentem non habet, in talibus, que statum Regni concernunt, nihil facere consuevit. Celebratura est Sua Maiestas Sacra in proximo cum Senatu Regni sui status utriusque, videlicet spirituali et seculari, conventum universalem et tunc haec quoque negotia et postulationes per

vos propositas tractabit et dabit operam, ut Senatus Serenissimi Domini Regis, cuius benevolentiam magnificat carissimamque habet, cuique se omni amicitie vinculo coniungere desiderat in his, que possit, voluntati respondeat. Quidquid vero cum suo Senatu hec Sacra Maiestas in Conventu proximo in his propositis negotiis faciendum decreverit, per Nunctium suum istum Serenissimum Dominum Regem Daciae, amicum et fratrem suum, certiozem faciet. Cupit tamen Sua Sacra Maiestas et fraterne rogat, ut Serenissimus Dominus Rex Daciae se ea benevolentia, quam concepit, prosequatur, nec minus Sue Maiestatis subditos, eos presertim, quibus negotiandi consuetudo est in Regno et dominiis Sue Serenitatis. Ad extremum Sacra Maiestas Regia, Domine Orator, vobis iniungit vos poscens, ut Serenissimo Domino Regi salutem fraternam ex parte Sue Maiestatis dicat. Cuius Serenitati Sacra Sua Maiestas omnia bona eque atque sibi favet.

N. 4.

Hafniae, 24 Augusti 1509.

Ioannes rex Daniae

universis

de foedere ineundo cum Sigismundo I rege Poloniae.

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Joannes,^{a)} Dei gratia Daciae etc. Rex.

Universis et singulis presentes Nostre Regie Maiestatis litteras visuris seu auditoris salutem et presentibus fidem indubiam adhibere. Directus iampridem ad nostram usque presenciam Serenissimi Principis Sigismundi Poloniae etc. Regis, Fratris Nostri charissimi, Consiliarius et Orator, Dominus Joannes Kokritz, Nobis inter cetera retulit ac significavit, qualiter idem Serenissimus Rex Sigismundus, Frater Noster charissimus, Nobiscum perpetue confederationis vinculo fraternaue et sincera fide uniri desiderat. Nos vero attendentes pacem esse, que terrarum cuncta sustentat imperia, orbis ditiones omnes solam conservare unionem et cuiuscunque status interitum avertere non ignari, cum prefato Serenissimo Rege Sigismundo de consiliariorum nostrorum magni nostri Consilii communicato consilio et assensu unanimi amicitias pepigimus necnon confederationes et alligantias perpetuas et indissolubiles fecimus et conclusimus, facimus et tractamus modo atque forma inferius annotatis.

Primo actum, dictum et concordatum extitit, quod inter Nos, heredes et successores nostros Daciae Reges, Nostra regna et dominia, communitates Nostras, vasallos, subditos et regnicolas Nostros quoscunque ex una, et preclarissimum principem prefatum Dominum Sigismundum Poloniae Regem successoresque et heredes suos, sua regna et dominia, communitates suas, vasallos et regnicolas quosquunque partibus ex altera, est atque erit secura pax, amena tranquillitas, mutuus amor, charitatis unio veraque amicitia, perpetua confederatio et alligantia indissolubilis in evum duratura, et per presentem confederationem erimus Nos et

supradictus Rex Polonie Sigismundus, Nostrique heredes et successores, Dacie et Polonie Reges, erunt adinvicem boni, veri, indubitati atque fideles Fratres, vinculo perfecte unionis et amicitie nexu in bona et sincera fide confederati.

Predictorum vero regnorum Nostrorum homines possint et valeant predicta hincinde regna Nostra et dominia secure et libere mutuo visitare necnon inibi morari, mercari aliasque negociari iuxta et secundum consuetas et approbatas consuetudines regnorum, omnia tamen et singula, prout concedens fuerit et quemadmodum exteri homines nostris in regnis faciunt, debite soluturi.

Item suadente causa rationabili alter nostrum alteri assistenciam, favorem et auxilium debeat, dummodo poterit et sibi competens ac congruum fuerit, debite impartiri iuxta tamen cuiuscunque nostrum oportunitatem atque consensum, alterque nostrum alterum concordia, iusticia ac equitate rebus sic exigentibus tractandi liberam habeat facultatem.

Nos igitur Joannes ^{a)} Rex supradictus ad omnia et singula premissa in omnibus et singulis punctis et articulis supradictis fideliter adimplendis, firmiter tenendis et inviolabiliter observandis Nos ceterosque heredes et successores Dacie Reges hiis nostris litteris obligamus, salvis tamen semper et omni ex parte illesis quibuscunque confederationibus et vinculis, per nos inantea cum ceteris Serenissimis Regibus, regnis seu principibus celebratis atque conclusis. In quorum omnium fidem firmiorem secretum Nostrum presentibus duximus appendendum. Datum in castro Nostro Haffniensi XXIII Augusti Anno etc. m^o d^o n^o.

In dorso: Copia confederacionis inter Joannem olim Dacie regem et Sigismunth Polonie regis ²⁾ inite.

a) Ioannes scriptum super Christiernus ex-punctum.

2) sic in ms.

*) *Iam editum in:* Wegener, Aarsberet. f. d. Kgl. Geheimearchiv, I, Hafniae 1852-1855, p. 61 seq.

N. 5.

Nycopingae, 6 Aprilis [1516]

*Christianus II rex Daniae
ad oratorem suum Detlevum [Smither]
negotia et articuli coram Sigismundo I rege Poloniae referenda de auxilio
in casu belli contra Suecos ab eodem rege sibi comparando.*

*(Exemplar. Extant in archivo eiusdem documenti concepta, latine et danice scripta *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Negotia et articuli, quos Regia Maiestas, Dominus Cristiernus, Dacie, Norvegie etc. Rex, coram Serenissimo Domino Sigismundo, Polonie etc. Regi, Domino Detlevo, decretorum doctori, Sue Celsitudinis oratori et nuncio, referenda commiserit ac iusserit vigore ac virtute literarum credencialium, eidem Domino Detlevo ad prefatum Regem prestatarum.

In primis iubet ac committit dictus Serenissimus Dominus Cristiernus, Dacie, Norvegie etc. Rex, quatenus antedictus suus orator et nuncius predicto Illustrissimo Polonie Regi, fratri, consanguineo ac confederato suo charissimo, nomine Dacie Regis prefati fraternum amorem, status ac regni sui successum et incrementa prospera nunciabit et optabit.

Deinde referat ac nunciet, quod ante iam aliquot elapsos annos, non diu ante clare memorie Ioannis olim Dacie Regis, dicti Serenissimi Domini Cristierni Regis genitoris obitum, certa ac solida quedam inter dictos Ioannem olim Dacie et Sigismundum Polonie Reges et eorum successores, regna ac subditos fraternitas, amicitia et confederatio perpetuo duratura, contracta, pacta ac conclusa fieret, litteris eciam de super ex parte dicti Ioannis olim Dacie Regis confectis ac eiusdem sigillo roboratis et Domino Ioanni Kokeritz, dicti Domini Sigismundi Polonie Regis oratori, dicto Domino Regi tradendis assignatis. Occasione ea idem Dominus Ioannes Kokeritz similes confederacionis, amicitie et fraternitatis litteras a dicto Domino Rege Polonie subsequenti tempore, et quidem brevissimo, dicto Ioanni olim Dacie Regi eciam ad manus tradi et assignari promiserit²⁾ atque pollicitus est. Quas quidem litteras, prout pactum, promissum atque pollicitum est, dictus Dominus Cristiernus se aut patrem suum unde recepisse fatetur.

Item considerantes inter Dacie ac Polonie Reges ac eorum subditos et regna ceptam ac contractam amiciciam ac iam diu feliciter observatam, non sine utriusque regnorum et eorundem inhabitantium comodo cultam fuisse et futuris temporibus magno eisdem usui ac emolumento futuram. Ideo dictus Dominus Cristiernus, Dacie etc. Rex, ad fidem, fedus, confederacionem et amiciciam suscipiendam benevolam se offert inter se ac dictum Sigismundum, modernum Polonie Regem, ac utriusque Regis regna et subditos, sub similibus, paribus ac eisdem condicionibus, articulis et punctis, quibus se dicti olim Dacie Ioannes ac Sigismundus Polonie Reges se, subditos suos ac regna iunxerunt atque confederaverunt. Ac eciam iuxta dictarum litterarum, Domino Ioanni Kokeritz, militi ac Polonie Regis oratori, prestitarum formam et tenorem confidens ac sperans dictus Dominus Cristiernus, eandem fraternitatem, confederacionem et amiciciam ita renovatam, cultam et observatam dictis Serenissimis Dominis Dacie ac Polonie Regibus, eorum subditis, regnis, terris et dominiis perpetue utilitati, honori et commodo, ac hostibus eorum terrori et non modice virium defectioni futuram.

Proinde affectans dictus Dominus Cristiernus, Dacie etc. Rex, quatenus dictus Polonie Rex, attento quod iam per suum oratorem dictus Dominus Ioannes, olim Dacie Rex, litteras confederacionis, fraternitatis et amicicie receperit, suas eiusdem tenoris et forme dicto Serenissimo Dacie Regi eciam transmitti et presenti Dacie Regis oratori assignari curabit, dummodo et in quantis dicto Domino Polonie Regi dictam fraternitatem nuper observatam et initam diucius colere et observare placuerit.

Deinde quidem dicat orator antedictus exponendo dicto Domino Serenissimo Sigismundo, Polonie Regi, ordinem et seriem subsequentem, quam suas pervenisse ad aures et noticiam Regia Celsitudo regni Dacie non dubitat; qualiter regni Suecie Consilarii et incole dictum Serenissimum Dominum Cristiernum in Regem Suecie unanimi omnium voto ac consensu elegerunt ac regnum ipsum Suecie et omnes eiusdem incolas, terras et possessiones manibus, potestati ac ditioni ipsius, genitore

eiusdem Ioanne mortuo, subiecerunt. Et litteris insuper omnium pene Consiliariorum et multorum regni Suecie subditorum primorum, tam dicto Ioanne genitore suo superstite quam mortuo, confectis et sigillatis, quas eciam multis postea obligacionibus sub fide publica, honore, fama ac aliis promissionibus, in multorum Serenissimorum Principum ac insignium civitatum magistratuum presentia, auxerunt et confirmaverunt. Sed quia nulla, licet minima, dictarum litterarum obligationum et promissionum dicto Domino Cristierno servata est, de futuro inter dictos Serenissimum Dominum Cristiernum et Suecos bello, ad quod admodum diutius Regia Maiestas accederet, timendum est.

Quare pro amore regio ac fraterna charitate, federe et amicitia petit ac desiderat dictus Dominus Serenissimus Cristiernus Rex etc., quatenus, si contingeret bellum subsequentibus temporibus inter dictos Serenissimum Cristiernum et perfidos Suecos (quod absque dedecore regio, non fide publica data et aliis policionibus et obligacionibus servatis non suscipi non possit), suboriri velit dictus Serenissimus Dominus Sigismundus in usum et commodum Regis Dacie, arrestare, impedire ac detinere omnes regni Suecie incolas cum navibus, mercibus et bonis, que et quas ad regna, terras et civitates suas et sibi subiectas applicari contigerit, durante inter Suam Celsitudinem et eosdem Suecos bello et inimicitia, et insuper suis subditis omnibus, tam in suo regno Polonie, quam aliis terris et civitatibus sibi subiectis (presertim magistratui ac omnibus civibus civitatis Gedani) strictissime precipere et mandare, ne navibus, bonis aut mercibus eorum quibuscunque regnum Suecie accedant nec ullos contactus ineant cum illis, nec milites stipendiarios, arma, machinas aut instrumenta bellica, quibus dictorum Suecorum vires et exercitus augeri vel ullo pacto confirmari possint, ad illos deferant, sive deferri aut transmitti provideant. Quod eciam inter dictum clare memorie Ioannem, olim Dacie Regem, et multas preclaras ac potentes Almanie²⁾ civitates, ipso superstite, conclusum et consensum extiterat. Que singula singillatim in litteris consideranda a Rege Polonie Regi Dacie mittendis dictus Dominus Cristiernus explicari et exponi petit.

Item petat orator prefatus, quod Regia Maiestas Polonie se ob federum amorem in dictis articulis concedendis facilem, benevolam ac humanam exhibeat. Quod Serenissimus Dominus Cristiernus, Dacie Rex, fidem vicissitudine promereri pollicetur.

Item dicat orator antedictus Serenissimum et Invictissimum Dominum Maximilianum, Romanorum Imperatorem, apud Serenissimum Dominum Cristiernum litteris quam efficacissimis egisse ac petiisse, quatenus dictus Cristiernus pro sedanda inter Serenissimum Polonie Regem et Rutzie Ducem in dies sevient discordia se ac vires suas interponeret, et quod se facturum missis ad Suam Serenitatem utriusque legatis et oratoribus, sufficiente eiusdem hoc die, ac eadem instructione, mandatis, in Imperatorie Maiestatis complacentiam ac dicti Regis Polonie commodum et utilitatem pollicetur.

Finaliter dicat, ubi et in quibuscunque rebus, causis et negociis Serenissimus Dominus Cristiernus prodesse aut complacere posse arbitratur ad hoc efficiendum et in dicti Domini Sigismundi regium honorem, commodum et utilitatem, et quantas vires, nervos et conatus omnes quam humanissime, ut fratrem, consanguineum et confederatum decet, extendat.

Ex arce regia Nykopinga sexta Aprilis anno etc.

Cristiernus Rex Dacie etc.

Exemplari danico additus est index documentorum, quo textus latinus caret:

Thesse breff skall doctor Detleff met seg haffue
Fforsth eth besegelt confederac breff ludend som thet gamle
Item the bescreffne artikelle som han met werffue skall
Item eth credentzbreff till kon. i Paalen
Item eth creden till mesteren aff Lifflandh
Item en creden till Dansken
Item en creden till Riigh
Item en creden till Rauell
Item eth abet sendelse breff till herrer oc første.

z) *Sic in ms.*

*) *Iam editum in: Handl. t. Nord. Hist. I,*
198 a (*danice*), 198 b (*latine*).

N. 6.

Nycopingae, 6 Aprilis [1516?]

Christianus II rex Daniae
oratori suo Detlevo Smither
aliqua negotia cum Livonia, Gedano, Riga et Revalia committit.

(Concept.) Praecedit in archivo aliud conceptum, nihil aliud continens,*
cum pluribus correctionibus)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Articuli et negotia a Serenissimo Domino Cristierno, Dacie, Suecie etc. Rege,^{a)} oratori ac nuncio, Domino Detleuo, decretorum doctori, Magistro Livonie ac magistratibus civitatum Gedani, Rige et Revalie conferenda, commissa et in mandatis data.

Primo mandat Regia Maiestas dicto suo oratori, quatenus Magistro Livonie, magistratibus civitatum Gedani, Rige et Revalie Sue Serenitatis singularem favorem, gratiam et salutem nunciet et dicat.

Consequenter dicat, quod non dubitat Regia Maiestas, quin ad noticiam et auditum eorum pervenerit, qualiter regni Suecie Consiliarii et habitatores universi ac incole unanimi omnium voto ac consensu, ante clare memorie Ioannis, olim Dacie Regis, dicti Cristierni genitoris obitum, eum in Regem post dicti sui parentis mortem super regnum et incolas Suecie futurum elegerunt ac consenserunt. Et insuper multas ac varias litteras et obligationes, tam genitore suo superstite quam ipso defuncto, confecerunt et sigillaverunt, non absque multorum Illustrissimorum Principum et potentum civitatum magistratum noticia et scitu.

Quare petit dictus Dominus Cristiernus Rex etc. dictos Magistrum Livonie ac magistratus civitatum antedictarum, quod si contingeret Regiam Maiestatem futuris temporibus propter non servatam publicam fidem ac multas et varias sub honore, fama et aliis precii obligationes contra Suecos arma sumere et bellum movere, velint non admittere dictos Suecos negociaciones ulla aut commercia in terris et civitatibus

eorum habere, sed eos in complacentiam, usum et utilitatem dicti Domini Regis Dacie cum navibus, bonis et mercibus arrestare, impedire et detinere. Nec eis ullum cum navibus, bonis et mercibus in dictis civitatibus et portibus earum commercium, accessum, discessum vel stationem concedere solere, quod non patiantur milites aut stipendiarios, arma, machinas, tormenta et instrumenta alia bellica, quibus vires et exercitus dictorum Suecorum augeri et confirmari possint, a dictis locis et civitatibus eorum ad dictos Suecos deferri seu transmitti, quandiu bellum assumendum et inimicitia inter dictos Serenissimum Regem et Suecos duraverit.

Persuadeat etiam dictus orator, quod dicti Magister Livonie, magistratus et eorum subditi ac civitatum inhabitatores se in dictis articulis concedendis faciles et benevolos exhibeant.

Similiter roget orator antedictus Magistrum Livonie predictum, quatenus suis subditis, presertim civitates Rigam et Revaliam incolentibus,^{b)} ut dictos articulos admittant et observent,^{c)} severissime precipiat, si contingeret Regiam Maiestatem, iusta ratione motam, contra dictos perfidos Suecos arma sumere. Nec ignorent dictas condiciones retroactis temporibus inter Ioannem, olim Dacie Regem, et civitatum multarum de Hansa magistratus, novissimo publico Suetico bello, fuisse conclusas et receptas.

Dicat etiam dictum Serenissimum Regem, si dicti Magister et magistratus huic sue iuste petitioni condescenderint, hocque specialibus favoribus, graciis et amicitiiis erga eos et eorum subditos promereri et compensare velle, et singulis eorum votis, iustis ac possibilibus precibus facili aure ac larga concessione, ut Regem iustissimum et amicum decet, adesse.

Supra quibus omnibus Regia Maiestas placidum et optatum expectat responsum, ut, si bellum ingruerit, quo animo erga ipsam, regna et subditos suos esse velint, dignoscere possit. ^{d)} Ex arce regia Nykopinga sexta Aprilis anno etc.

Cristiernus Rex Dacie etc.

a) in ms. Regi

b) in ms. incolentes

c) in ms. observant

d) haec verba in altero concepto desunt.

*) Iam editum in: Handl. t. Nord. Hist. I, 199 a (danice), 199 b (latine).

N. 7.

Revaliae, 11 Iulii 1516

*Consilium civitatis Revaliensis
ad Detlevum Smither, oratorem Danicum
ad postulationem nulla commercia cum Suecis exercendi ambigue
respondet.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Deme werdighenn unnd hochghelerden hernn Detleuo, der helghen rechte doctori, unszer leuen Frowen kerken to Kopenhaghen canonico unnd Kon^{ker} Ma^t to Dennemarken ambasiaten unnd oratori etc. up Zyner W^t werie van wegghen bomelter Kon^{ken} Ma^t middewekens vor Margarete ¹⁾

deme erszamen rade van Reuel muntlick in latino anghedraghen, desz suluesten erszamen rade ffrigidag darna unnder kortem vorhale ghegheuen antwerdt.

Werdighe, hochghelerde her. De erszamen rad litmaten der stadt Reuel hebben Juwer W^t wertie van weghen des durchlutighesten, hochghebarnn forsten unnd herrn, herrn Cristerni, van Ghades gnaden to Dennemarcken unnd Norweghen konynghes, ghekarnn to Sweden, hertoghen to Sleswick etc., unsses gnedighesten herrn, in bohorliker reuerentien upghenamen unnd to ghuder mathen wol vorstän. Uth welken ze bohort Kon^{ker} Ma^t fruntliken groth, milde ghunst unnd gnedichlike toneginghe to en unnd erer stadt also Zyner Ma^t ghewanten frunden unde leuen naberen myt widernn erbedinghen nycht van noden to weddreppen, des ze Zyner Kon^{ker} Ma^t alsoz erem ghunstighen, toghenegheden, gnedighen leuen herrn int hogheste bodanchen.

Als er sich itzundt zugericht habe, wie Ewer F.G. der Zirimnsky deme ich muntlich beuolenn, das er es auch E.F.G. muntlich sagenn wirt, das wolle auch E.F.G. wissenn, das als heute der neunde tag ist, das er aus Constantinopel getzogen ist. Unnd alhie vonn dieser grenitz zeucht ime nach der walachische weiwada unnd zwentzig tausent mann mit ime. Unnd des tatrishenn keyser szonn zeucht ime nach unnd vierunndzwentzig tausent mann mit ime. Unnd die zwene, der Tatter unnd Walache, die ziehen gerade nach Siebenburgen hineinn, unnd dem turkischem keiser nach gerade uff Offenn zu. Wo, gnediger furst, je kein volck inn Siebenburgenn wehre, das da gerust wer, die mochtenn die viertzig tausentt mann schlahenn, Dann, gnediger furst, es stellenn darnach in Siebenburgenn unnd das volck ist ubel gerust unnd mit der hulf Gottes, sie werenn woll zuschlahenn.

Das wolle auch E.F.G., meinn gnediger herre wissenn, das der turkische kayser dem koning vonn Franckreych volck zugeschickt hatt unnd beschreibenn funftzig tausent mann, unnd nicht mehr getzogen sein, dann zehenn tausentt, die hat er gewislich geschickt.

Weiter, gnediger furst, E.F.G. wolle es der koⁿ m^t aufs aller erste zu wissenn thun, damit mann Wienn mit volck woll versorgt, dann er hat sich, gnediger furst, also dartzu geschickt, das er grosse sturm thun wirt mit solcher zurichtung, gnediger furst, do wenig leute vonn gehort habenn. Er hat aber zehenn tausentt ochsenn felle mit ime genomen, unnd die fullet er mit unslet schwefel unnd mit mancherley giftung unnd, gnediger furst, mit mancherley fewerwerffung, die hat er alle auf Wienn zugericht. Unnd darumb, gnediger furst, wolle dahinn schreibenn unnd zu wissenn thun, damit sie auch möchtenn irgennt kunst dafur thun. Alles, gnediger furst, was ich E.F.G. zuschreybe, das wolle E.F.G. gewislich wissenn, das es gewislich anders nicht ist.

Rhatenn kann ich seiner koⁿ m^t nicht, aber wo seine koⁿ ma^t diess jar mit dem Turckenn nicht ein schlacht wirt thun, szo hab ich leider sorge, gnediger furst, das das Hungerlandt schonn verlorenn ist. Wo mann auch mit ime ein schlacht thunn solte, szo wehre mein rath, wann er sich wider vonn Wienn zurugk wenndenn wolte. Allein, gnediger furst, das mann Wienn mit volcke aufs aller festiglichste

versorgenn möcht. Vileichte mochte es der allemechtige Gott gebenn, das er etlich storme darann verlierenn mochte. Wo er etliche storme verluere unnd Wienn nicht gewynne, darnach were mein rath, das mann sich in dem namenn des almechtigenn Gottes mit ime schluenge, sso volck verhandenn were. Unnd, gnediger furst, das mann im landt zu Meherern volck hielte, damit sie zwischenn den lestenn stellen schlaenn mochte, unnd Gott zu hulf genomen, dann E.F.G. wirt sehenn, das sie grosse unnd harte rite werdenn thunn, unnd ist zubesorgenn bis ann die Schlesye.

Es habenn auch itzundt, gnediger furst, die Tattern meinenn allergnedigstenn herrnn unnder denn littischenn schlossern grossenn schadenn gethann. Welchenn ich, gnediger furst, itzt inn die felde noch ziehe unnd mit der hulf des Herren, der do geschaffenn hat himel unnd erde, unnd werde ich mit mir habenn ein mann bis in die achtzehnhundert. Wo ich im felde nicht erjage, szo wil ich inn nachjagenn, bis gar in ir lanndt hynnein. Ich hoffe zu dem ewigenn, barmhertzigenn Gott vor denn schadenn meins allergnedigstenn herrn, das ich mich, ob Gott will, rechnenn will.

Allergnedigster furst, auff dissmall habe ich E.F.G. kein newers wissenn zuschreibenn. Alleine ich bitte, E.F.G. als meinenn gnedigenn hernn, E.F.G. wolle nur schaffenn und gebietenn, weil ich noch in diesem landt bin, dann ich bin E.F.G. nichts anders dann als E.F.G. eigenn diener, worinn ich auch wuste E.F.G. zu dienenn, bin ich willig.

Datum uff Bahr am dryttenn sontag nach den osterlychenn feyertagenn. Anno 1543.

E.F.G.
gehorsamer unterthenniger
Bernhart Pyntwitz
starost auf Bahr

In dorso: Zeittungen vom Turck.

- a) e in huelff *add. posterius*
- b) ein *add. sup. lin. mein expunct.*
- c) gnediges *correct. ex gnediger*

N. 30.

Vilnae, 15 Martii 1546.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum [II] regem Daniae electum;
litterae credentiales pro Petro Bojanowski, ad regem Daniae misso.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogithiae, Masoviae Dominus et Heres, Serenissimo Principi Domino Friderico, eadem gratia Daniae Gottorumque Regi, Regni Norvegiae electo, Holsaciae, Sleswiciae, Stremariae²⁾ Dithmarneque²⁾ Duci, Comiti in Heldenberg ac Demenhorsth, Fratris et Affini nostro^{a)} charissimo, salutem et omnis foelicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Frater et Affinis noster charissime. Ablegavimus ad Vestram Sacram Maiestatem hunc aulicum fidelem nostrum, Generosum Petrum Boianowski, cui dedimus in mandatis incolumitatem eius imprimis invisere. Tum nonnulla verbis Vestrae Serenitati dicere iussimus. Itaque quaecumque verbis nostris ille refferet, fidem indubiam adhibere ei in omnibus dignetur. Cupimus tandem Vestram Sacram Maiestatem valere sospitem ac foelicem longissime. Datum Vilnae, die Lunae quintadecima mensis Marcii anno a nato Iesu Christo milesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

a) *In ms. nosto.*

z) *sic in ms.*

N. 31.

S.l. [1546]

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum [II] regem Daniae electum
eum per Petrum Bojanowski de rebus Livoniae et archiepiscopatus
Rigensis edocet.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Legatio Serenissimi Principis Domini Sigismundi Augusti, Dei gratia Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Masoviae Domini et heredis, ad Serenissimum Principem, Dominum Fridericum, eadem gratia Daniae Gottorumque Regem, Regni Norvegiae electum, Olsatiae, Slesviciae, Stermariae Dithmarciaeque Ducem, Comitum Eldemborg ac Demenhorst, Fratrem et Affinem suum per Generosum Petrum Boianowski dicenda.

Principio post dictam salutem
litterasque oblatas credentiae:

Serenissime Princeps et Rex Clementissime.

Serenissimus Dominus Sigismundus Augustus Rex Poloniae, Magnus Dux Lithwaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Masoviae, Dominus meus clementissimus, sciens et certe habens Vestram Serenitatem Principem et Regem Catholicum Sanctae Metropolitanae Rigensis ecclesiae et eius diocesis esse protectorem, et cum Sua Maiestas, Dominus meus clementissimus, eodem titulo protectionis illius ecclesiae Rigensis etc. fungeretur, nihil unque eius Maiestas habet tam charum tamque gratum, quam ut illa sedes metropolitana cum sua diocesi semper in statu quieto et pacifico maneret.

Nuper cum eius Sacra Maiestas, Dominus meus clementissimus, ex Reverendissimo Domino Guilhelmo Archiepiscopo Rigensi, Illustri Duce Brandenburgensi, affine et fratre suo charissimo, intellexisset, quas Suae Paternitatis Reverendissimae ordo ille dominorum Cruciferorum Livoniensium et civitas Riga illic primaria strueret insidias, non nisi id Dominus meus Serenissimus aegro ac molesto actipit²⁾ animo, cum illi

ipsi Reverendissimo Domino Archipraesuli obedientiam praestare deberent, cristas erigunt et pro obedientia odium parant adversitatesque plurimas molliuntur et ita quidem, quod non verentur ab externis principibus erga eius Paternitatem Reverendissimam querere militiae subsidia.

Intellexit eciam Serenissimus Dominus Rex et Princeps meus clementissimus, quod aestate praeterita Illustris Dominus Albertus, Dux Machelboriensis, collegisset exercitum, apparatusque bellicum praeparasset, quem in Livoniam et in gratiam Cruciferorum reducere contendebat, quo tandem posset pacificum et quietum statum ipsius Reverendissimi Domini Archiepiscopi et suae Diocesis perturbare et inquietare. Et forte ille Princeps conatibus suis satisfecisset, nisi ei potencia Maiestatis Vestrae uti protectoris et Regis Catholici obstitisset, exercitumque illum dissipasset defecissetque.^{z)}

Pro his Serenissimus Dominus meus agit Vestre Serenitati magnas et ingentes gratias, quod Maiestas Vestra pro debito protectionis suae erga illam Metropolim, tum necessitudinis erga ipsum Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, tantum sollicitudinis et cure habuit, quod non passa sit hostes illos voti sui compotes fieri.

Orat Serenissimus Dominus meus, ut si aliquando a quopiam tales exercitus et apparatus bellici struerentur colligerenturque, qui in Livoniam et per dominia Maiestatis Vestre traduci deberent, per Maiestatem Vestram prohiberentur, nec tutus eis daretur transitus. Nec dubitat Serenissimus Dominus Rex meus, quod Vestra Sacra Maiestas pro debito protectionis tum propinquitatis, qua iungitur ipsi Reverendissimo Domino Archiepiscopo, non patietur res eius quomodo perturbari et inquietas reddi, quin potius adniti dignabitur, quod sub eius tutela salve semper et illibate conservabuntur.

Qua re Serenissimi Domini Principis mei amorem, benevolentiam observantiamque arctiorem sibi Maiestas Vestra Sacra contiliabit^{z)} curabitque illius Sacra Maiestas eam Vestre Sacre Maiestatis erga affinem suum Reverendissimum Dominum Archiepiscopum una cum eodem omnibus amicitiae officii data occasione pensare. Interea se illius Maiestas Vestre Sacre Maiestati commendat, utque se illi bonum commodumque vicinum semper exhibeat amiceque secum perpetuo vivat ac crebris litteris colloquatur, ab eadem maiorem in modum exposcit.

^{z)} Sic in ms.

N. 32.

Vilnae, 13 Octobris 1554.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Christianum III regem Daniae;
litterae credentiales pro Christophoro Konarski.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae etc. Dominus et Haeres, Serenissimo Principi, Domino Christiano, Daniae, Norvegiae, Gotorum Vanda-

lorumque Regi, Slesvici, Holsatiae Stormariae ac Dithmersiae Duci, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, fratri et affini nostro charissimo salutem et foelicitatem.

Serenissime Princeps, Frater et Affinis noster charissime.

Cum mitteremus ad Serenissimum Maiestatis Vestrae Filium Generosum hunc Christopherum Konarski, aulicum nostrum, dedimus id illi etiam negocii, ut Maiestatem Vestram nomine nostro viseret et salutaret. Petimus itaque ab illa, ut quum id aget, nostro illum nomine ac iussu agere certo confidat. Rem in eo ipso nobis gratam factura, quae bene valeat. Datum Vilnae die XIII Octobris, anno Domini MDLIIII, Regni nostri XXV.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

N. 33.

Vilnae, 20 Octobris 1554.

Nicolaus Radziwiłł
ad Christianum III regem Daniae
oratorem Christophorum Konarski ex officio magni cancellarii commendat.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime ac Excellentissime Rex et Domine Domine Colendissime.

Obsequiis meis in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae diligenter commendatis, salutem desyderatam, omnium rerum foelicitatem et Regni Imperiique sui summam ac perpetuam fortunam Serenissimae Maiestati Vestrae a Deo Optimo Maximo praecor ex animo.

Cum Sacra ac Serenissima Maiestas Regia, Dominus Dominus meus clementissimus, ad Serenissimam Maiestatem Vestram isto tempore esset oratorem suum ablegatura, facere nolui, quin et ego, inserendi mei in noticiam Maiestatis Vestrae Serenissimae gracia, has illi ad ipsam darem literas. Quibus quia antehac Serenissimae Maiestati Vestrae fui incognitus, hoc unum vehementer rogo, esse me sibi abhinc iam notum dignetur ac quod facere illam in caeteros haud difficulter audio, me gracia clemenciaque sua complecti. Id vero Serenissimam Maiestatem Vestram, cum omnium Regum, qui exteros ad benevolentiam suam non admittunt solum, verum etiam accersunt, mos plane christianissimus: tum certe ea vicinitas, quae Regnum Maiestatis Vestrae cum dominiis et ditioribus Regis mei coniunxit ac copulavit, mutuaque ac vetus inter utrumque et Regna utriusque amicitia, ut faciat facile, hortabitur. Quod vel ex eo cognoscam praecipue, si Serenissima Maiestas Vestra et in suis et in subditorum suorum, quibus cum nostris hominibus commercia sunt, rebus atque negotiis, si aliqua sese offerat occasio, ita apud Serenissimum Regem et Dominum Dominum meum clementissimum opera obsequioque meo utetur, ut sui vel intimi vel fidelissimi. Ego vero pro virili mea dabo operam, ut ubique voluntati Serenissimae Maiestatis

Vestrae ex locis ordinibusque meis respondeam quam officiosissime. Sed interim, quod reliquum est, me obsequiaque mea deditissima in gracia Serenissimae Maiestatis Vestrae diligenter commendo. Datum Vilnae die 20 mensis Octobris anno Domini 1554.

u) Serenissimae Maiestatis Vestrae
Servitor obsequentissimus v)

Nicolaus Radziwil in Olika et Nieswizez Dux,
Palatinus Vilmensis, Magni Ducatus Lithuaniae
Supremus Marscalcus et Archicancellarius,
Brestensis, Borisoviensis et in Magna Schavlie
Capitaneus generalis etc.

u) manu propria subscripsit. v)

In dorso: Serenissimo et Excellentissimo Principi et Domino Domino Christiano, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Gottorum, Vandalorumque Regi, Slesvici, Holsatiae, Stormariae ac Ditmersiae Duci, Comiti in Oldenburg et Delmenchorst etc., Domino Domino suo colendissimo.

Alia manu: Litterae Domini Nicolai Razewil, Palatini Vilmensis, in Olika Ducis ad regem Christianum.

Allatae per Dominum Christopherum Conarsky Legatum mense Januarii Anno 1555.

u)-v) *Manu propria.*

N. 34.

Vilnae, 20 Octobris 1554.

Nicolaus Radziwil
ad Fridericum [II] regem Daniae electum
oratorem Christophorum Konarski ex officio magni cancellarii com-
 mendat.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime ac Excellentissime Rex, Domine Domine Colendissime.

Commendatis in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae obsequiis meis, salutem, continuam fortunarum accessionem et imperii foelicem administrationem Serenissimae Maiestati Vestrae cupio.

Oblato, qui isthuc ablegabatur, Serenissimi Regis et Domini Domini clementissimi oratore, non praetermittendum mihi esse putabam, ut Serenissimae Maiestati Vestrae hisce me notum facerem, cum fuerim antea ignotus. Itaque Serenissimae Maiestati Vestrae me obsequiaque mea hisce imprimis commendo et quia Regnum Maiestatis Vestrae ita est ditionibus Serenissimi Regis mei veteri amicitia et veteribus pactis coniunctum atque anexum, ut carere inter se mutuis officiis non possint, rogo plurimum accepta iam abhinc mei notitia, velit Maiestas Vestra Serenissima tam in suis quam in suorum subditorum, quibus mutua sunt

cum nostris commercia, rebus et negotiis, opera mea uti, apud Serenissimum Regem et Dominum meum, si quo usu aut occasione eveniat, pro loco ordineque meo accommodanda. Ex eo enim cogniturus sum non obscure, quam grata fuerit apud Serenissimam Maiestatem Vestram haec meae tam officiosae promptitudinis delacio et quantum vicissim polliceri mihi de ipsius in me clemencia debeam. Ego vero quantuncumque virium in me erit, non committam, quin postulante Maiestate Vestra omne id in usum et obsequium ipsius allacerime^{z)} conferatur. Sed nunc, quod reliquum est, me obsequiaque mea in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae etiam atque etiam commendo. Datum Vilnae 20 die Mensis Octobris anno Domini 1554.

u) Serenissimae Celsitudinis Vestrae Servitor v)
Nicolaus Radziwil in Olika et Nieswiez Dux,
Palatinus Vilmensis, Magni Ducatus Lithuaniae
Supremus Marscalcus et Archicancellarius,
Brestensis, Borisoviensis et in Magna Schavlie
Capitaneus generalis etc.

u) manu propria subscripsit.v)

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Friderico, Dei gratia Electo Regi Daniae etc.

u)-v) *Manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 35.

Vilnae, 16 Novembris 1554.

Nicolaus Radziwil
ad Christianum III regem Daniae
oratorem regis Poloniae Hieronymum Makowiecki ex officio magni
cancellarii commendat.
(Orig., sig.)
T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime ac Excellentissime Rex et Domine Domine Colendissime.

Obsequiis meis in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae diligenter commendatis, salutem et perpetuam omnium rerum foelicitatem.

Nuper cum orator Sacrae et Serenissimae Maiestatis Regiae, Domini mei clementissimi, ad Serenissimam Maiestatem Vestram mitteretur, dedi eidem ad Maiestatem Vestram literas, ut illi me et notum efficerem et pro more meo commendarem, quo si quando usu eveniat, ut nostrorum hominum opera sit, Serenissimam Maiestatem Vestram, uti necesse certo sibi persuadeat, esse mihi in animo praesto illi fore, dum id vel ex suo vel suorum subditorum emolumento sit futurum. De quo ut Serenissima Maiestas Vestra eo fiat confirmatior, iniunxi huic Sere-

nissimi Regis et Domini mei Secretario, Generoso Hyeronimo Makowiczki, isthac proficiscenti, ut is de meo erga ipsam studio coram verbis et nomine meo referret. Quapropter ut illi Serenissima Maiestas Vestra clementem et benignam aurem praebeat fidemque habeat indubitata in omnibus humilime rogo, habitura me Serenissima Maiestas Vestra pro ea benignitate ad omnia obsequia promptissimum. In cuius gratiam me et servitia mea etiam atque etiam diligenter commendo. Datum Vilnae, die 16 Novembris anno 1554.

Serenissimae ac Excellentissimae Maiestatis
Vestrae ^{u)} Servitor obsequentissimus ^{v)}

Nicolaus Radziwil in Olika et Nieswiesz Dux,
Palatinus Vilmensis, Magni Ducatus Lithuaniae
Supremus Marscalcus et Archicancellarius,
Brestensis, Borisoviensis Schavlensisque Capi-
taneus generalis etc.

^{u)} manu propria subscripsit. ^{v)}

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Christiano, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

^{u)}-^{v)} *Manu propria.*

N. 36.

Vilnae, 19 Novembris 1554.

Nicolaus Radziwil
ad Fridericum [II] regem Daniae electum
de eadem re.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime ac Excellentissime Rex et Domine Domine Colendissime.

Commendatis in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae obsequiis meis, salutem et omnium rerum optatam prosperitatem.

Etsi non ita pridem, cum orator Serenissimi Regis et Domini Domini mei clementissimi ad Serenissimam Maiestatem Vestram ablegaretur, conatus sim mihi per literas et noticiam et animum ac benevolentiam Maiestatis Vestrae comparare, putemque non tam ex illa mea commendacione, quam ex singulari et multum celebrata illius humanitate, id me iam esse satis consecutum, tamen cum isthac et hic Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius Generosus Hyeronimus Makowiczki, alumnus meus, esset profecturus, facere nolui quin has quoque illi ad Serenissimam Maiestatem Vestram adiungerem. Non quidem, ut quid mihi amplius ea sedulitate scribendi, apud Serenissimam Maiestatem Vestram accedere posse existimem, sed ut Maiestas Vestra intelligat, id me vehementer exoptare, ut illi certum sit mihi nihil gratius fore,

quam si me operaque mea in suis et suorum rebus, ubi opus sit, utatur. Ex eo etenim facile, quantum mihi de gratitudine deque clemencia Maiestatis Vestrae Serenissimae debeam polliceri, cognoscam et perspiciam. Cuius tam profecto cupidus sum, ut inter omnia optima non postremum id esse duxerim. Verum de his plura huic Secretario Maiestatis Regiae commisi, qui ut placida Maiestatis Vestrae aure ea a me referat, rogo humilime, ac una me et obsequia mea in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae etiam atque etiam commendo. Datum Vilnae die 19 Novembris anno Domini 1554.

Serenissimae ac Excellentissimae Maiestatis
Vestrae ^{u)} Servitor minimus ^{v)}

Nicolaus Radziwil, Dux in Olika et Nieswysz,
Palatinus Vilmensis, Magni Ducatus Lithuaniae
Supremus Marscalcus et Archicancellarius,
Brestensis, Borisoviensis Schavlensisque Ca-
pitaneus generalis etc.

^{u)} manu propria subscripsit. ^{v)}

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino, Domino Friderico, Dei gratia Electo Regi Daniae etc.

u)-v) *Manu propria.*

N. 37.

Vilnae, 20 Novembris 1554.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Christianum III regem Daniae
litterae passus pro Hieronymo Makowiecki ad Gustavum regem Sueco-
rum misso.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano, eadem gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine Frater et Amice noster charissime.

Mittimus ad Serenissimum Dominum Gustavum Swedorum et Got-
torum Regem in quibusdam negotiis nostris Generosum Hieronymum
Makowieczki, aulicum et nuncium nostrum. Cui quoniam per Regna et
ditiones Serenitatis Vestrae iter est, postulamus a Serenitate Vestra, ut
illi per Regna et Dominia sua tutum et securum, tam in eundo quam
in redeundo, transitum praebet salvoque conductu suo eum muniat.
Faciet nobis Maiestas Vestra rem gratam et pari officiorum genere
referendam. Quae diu foelix valeat. Datum Vilnae XX Novembris anno
Domini MDLIII, regni nostri XXV.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

Vilnae, 20 Novembris 1554.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum [II] regem Daniae electum.
de eadem re.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico, eadem gratia Daniae etc. Regi electo, etc. Fratri et Amico nostro charissimo salutem et perpetuam foelicitatem et nostri mutui amoris significationem.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Amice noster charissime.

Cum Generoso Hieronymo Makowieczki, Aulico et Nuncio nostro, ad Serenissimum Dominum Gustavum Swedorum Gottorumque Regem proficiscenti, ad Serenissimum Principem Dominum Christianum Daniae Norvegiaeque etc. Regem, Maiestatis Vestrae parentem, divertere iussemus, mandavimus etiam illi, ut Maiestatem quoque Vestram nostro nomine salutaret, ac cuncta fausta et foelicia illi nomine nostro precaretur; postulamus itaque a Maiestate Vestra, ut illi ea referenti fidem habeat indubiam. In quo faciet nobis Maiestas Vestra rem gratam, quae bene valeat. Datum Vilnae, XX Novembris, anno Domini MDLIIII Regni nostri XXV.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

Regiomonte, 12 Septembris 1556.

*Otto Krumpe et socii, Christiani III oratores,
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
officia ad res inter regem Poloniae et magistrum Livoniae pacifice
componendas proponunt.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime idemque Potentissime Rex, Domine Clementissime.

Conprimis Maiestati Tuae a Deo Optimo Maximo in rebus gerendis foelicitatem cum pace, fortuna et gloria, annos perpetuos reverenter fideliterque praecati, haud quaquam committendum duximus, quin Serenitati Tuae significarem, quoniam Serenissimus et Potentissimus

Princeps et Dominus, Dominus Christianus, Daniae, Norvegiae, Gotthorum, Wandalorumque etc. Rex, Serenitatis Vestrae Affinis et Frater charissimus, noster Rex et Dominus Clementissimus, nostras personas ad Livonica dissidia atque bellicas dissensiones ea propter ablegaverit, ut pacis labefactatae et propemodum amissae restitutionem, divina aspirante gratia, bonis, iustis, omnique ex parte tolerabilibus conditionibus intercedentibus, postliminio faceremus. Qua in re tametsi facile nostrarum virium tenuitatem, et quam parum parata ex longo rerum usu prudentia in tam arduis et principalibus certaminibus valeremus, potuimus expendere, tamen optimo et pientissimo Domino nostro Regi in tam salutaribus, et toti Christiano orbi profuturis conatibus divinae clementiae et misericordiae in hisce actionibus unice confidentes, obsequentissime morem gerere et, ut aequum est, parere debuimus. Et nos cum primis huius pacis conciliandae ergo, Serenissimum et Illustrissimum Principem, Dominum Albertum Seniore, Marchionem Brandenburgensem et Prussiae Ducem,^{a)} Dominum nostrum gratiosum,^{b)} adire iussit. Cumque suae Illustris gratiae animum, explicatis Serenissimi Regis nostri mandatis, ad nullam rem aequae ac ad pacem, honestis, iustis aequisque conditionibus recuperandam, propensum intelligamus, hoc tamen adiectum comperimus, eo statu hoc bellum in praesentiarum constitutum esse, ut pacis bellique arbitrium in Illustris gratiae suae manu ex integro minime consistat. Sed quasdam hostiles impressiones excursionesque, quae inter Maiestatis Tuae et Magnifici Magistri Livoniensis copias intervenire, nobis clementer significari fecit. Et ea propter de Maiestatis Tuae voluntate, quam tamen ad concordiam et pacem stabilendam (uti Christianum Regem et laudatissimum Principem deceret) singulari studio inclinatam non dubitaret, nihil certi pronuciari posse explicatum est. Porro cum Serenissima Regia Maiestas Daniae, Dominus noster clementissimus, de hisce offensis et tragicis actionibus nihil plane cognitum habuerit, quin imo Maiestatis Tuae Consiliarios et Legatos Magnificos una nobiscum arbitros et transactores controversiae, et Tuam Maiestatem non propria aliqua occasione, sed iure solum protectionis ad haec certamina accedere existimarit, personas euidem nostras tum propter adventantis hyemis asperitatem, et in Livonicis dissidiis eo magis expedita ac paratior conciliatio preberetur, ad Maiestatem Tuam non ablegavit, multo certo minus de his, quae ignota essent, mandatis nostris aliquid nominatim et specificè comprehendendi atque imponi curatum existit. Sed nihilosecius, ut certum fraternae benevolentiae et mutui amoris testimonium erga Maiestatem Tuam posset existere, hasce Maiestatis Suae litteras Maiestati Tuae transmittendas mandavit. Praeterea, cum voluntatem Serenissimi Domini nostri Regis ita constitutam esse compertum habeamus, ut non minore desiderio ad hos inter Maiestatem Tuam subortos motus ex bono et aequo transigendos teneatur, quam etiam internis Livoniensibus controversiis consultum cupiat. Unicum quippe Serenissimi Domini nostri Regis studium ac desiderium est, ad omnipotentis et immortalis Dei gloriam, ac Christiani orbis salutem, pacem atque concordiam apud omnes, praecipue vero affinitate et necessitudine coniunctos Reges et Principes constabilire.

Constitutionem mandatorum nostrorum hac in parte haudquaquam respiciendam esse existimamus. Quod iuxta praeclarum Iurisconsulti testimonium: Non quid dixerint, sed voluerint senserintque contrahentes,

attendi oporteat. Nos, quo magis universa haec dissidia et bellici motus ex integro sopiantur deleanturque, ex Serenissimi Domini nostri Regis certa cognitaque voluntate Maiestati Tuae in hac parte humilem nostram operam et servitia fideliter ac religiose offerimus et pollicemur, istam etiam cautionem bonorum et ingenuorum virorum fide adiicientes, ut si forte aliquid mandatis nostris, quae tamen satis laxa ampleque sunt, deesse reperiatur, Serenissimum Dominum nostrum Regem arbitrium nostrum omniaque ea, quae pro restituenda ac confirmanda in posterum pace divino auxilio agentur transigenturque, semper firma, rata grataque habiturum. Cumque nunc Maiestas Tua belli incommoda et calamitates infinitas, et quod pace ac benevolentia nihil Deo gratius et orbi universo salutarius possit existere, pro subliminibus²⁾ suis donis et Regia prudentia facile possit expendere. Nihil certe dubitamus, quin Maiestas Tua exoptatam ab omnibus pacem bellicis miseris modis omnibus sit antelatura. Quod ad Magnifici Domini Magistri Livoniensis ex adverso voluntatem attinet, facta est erga Serenissimum Dominum Regem talis declaratio, ut Suam Dominationem iustas, aequas ac tolerabiles pacis conditiones haudquaquam recusaturam sciamus. Imo arbitrium transigendi et pacificandi belli usque adeo in clementissimum Dominum nostrum Regem relatum transmissumque esse scimus, ut vicissim Tuae Maiestatis voluntate cognita, militaribus impensis parci et utrobique copias non inconsulto^{c)} reduci dimittique posse existimamus.^{c)} Oramus itaque Maiestatem Tuam devote reverenterque, ut eadem ad singularem erga Serenissimum Dominum nostrum Regem benevolentiae et fraterni amoris declarationem nos Regio nomine ad dirimendum bonis conditionibus hoc praesumptum bellum, cuius exitus praeter caeteras calamitates incertus ac in solius Dei manu situs est, clementer admittere dignetur. Existimamus quoque pro tenuitate nostra non inutile, si Maiestas Tua in confinibus Livoniae loco aliquo commodo Legatos et Oratores, mandatis sufficientibus instructos, collocaret, nobisque is locus iuxta Maiestatis Vestrae voluntatem per praesentium latorem explicaretur. Quo eo velocius salvum conductum a Magistro Livoniensi acceptum iisdem transmittere atque sine magno temporis dispendio, quo non est sumptus alius pretiosior, negocia tentare ac tractationem instituere possemus. Haec pro fide erga Serenissimum Dominum nostrum Regem Maiestati Tuae pia certe voluntate significanda esse duximus, humiliter petentes, ut Maiestas Tua nobis ad singula respondere ac de negociis instituendis certiores reddere dignetur. Quam Deo Optimo Maximo in Regia pacifica et pia gubernatione ac perpetua animi et corporis foelicitate conservandam tutandamque fideliter reverenterque commendamus. Datae in Regio Monte ex Castro dicti Illustrissimi Domini nostri Principis. Pridie Idus Septembres, Anno LVI.

Maiestatis Vestrae Obsequentissimi et Paratissimi
Otto Krumpe Eques armatae militiae, Ericus Krabbe,
Ioannes Strubius D.

In dorso: Copia litterarum ad Regem Poloniae.

a)-b) *in margine*

c) *in margine*

z) *sic in ms.*

Wendenae [m. Septembri 1556]

*Otto Krumpe et socii, Christiani III oratores,
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
rogant salvum conductum, ut se ad regem ad certas res componendas
conferre possint.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime idemque Potentissime Rex et Princeps, Domine Clementissime.

Misimus ad Serenissimam Regiam Maiestatem Vestram superioribus septimanis binas, cum ea qua decuit reverentia, litteras. In prioribus Serenissimi et Potentissimi Principis Domini Christiani, eius nominis tercii Danorum Regis, Domini nostri clementissimi, in pace publica his locis constituenda pium studium, et cur de Regiae Maiestatis Vestrae singularibus certaminibus, mandatis nostris utpote Serenissimo Domino nostro Regi incognitis, nihil comprahensum esset, explicavimus. In posterioribus consilium nostrum et conceptam de restituenda (divino beneficio) pace publica fiduciam, iuxta diei ad conventum tractationemque constitutae significationem, diligenter perscripsimus. In utrisque certe gloriae Immortalis Dei servientes, pro legationis nostrae officio hoc egimus, ut Maiestatis Vestrae animum forte acerbiorem pro retinenda in Christiano orbe tranquillitate ad pacem atque otium sine iniuria reverenter revocarem.

Interea quoque cum Illustrissimus Princeps Dominus Albertus, Marchio Brandenburgensis et Prussiae Dux, Dominus noster gratiosus, Regiam Maiestatem Vestram, maiorum suorum laudatissimorum Poloniae Regum imitatione, amicitiam et honestas pacis conditiones non recusaturam praedicaret, in utroque scripto Regiae Maiestati Vestrae operam nostram, tametsi tenuem, et tam arduis negociis imparem, sedulam tamen et firmam, cum summa diligentia et fide in his motibus conspiciendis reverenter obtulimus. Simul etiam, cum sine Regia Maiestate Vestra omnem de pace constituenda tractationem infirmam et mancam fore videremus, ilico ex Regio Monte, antequam in provinciam Livoniensem concederemus, eam de privatis Maiestatis Vestrae offensis constitutionem pia certe et devota erga Maiestatem Vestram voluntate, ad clementissimum nostrum Dominum Regem quam diligentissime perscripsimus. Ad quae Sua Serenissima Maiestas diligentiam et studia nostra non solum clementer commendat, sed etiam mandatis et credentialibus ad Maiestatem Vestram litteris instruit atque confirmat. Cumque iam ex Regiae Maiestatis Vestrae geminatis responsis idem, quod ex Illustrissimi Ducis Prussiae praeclara praedicatione acceperamus, perceperimus, animum videlicet Maiestatis Vestrae, uti pium et laudatissimum Regem decet, tranquillum et pacis studiosum esse, non potest nobis

curiosa nostra diligentia, quam pro Regii mandati et credentialium ad Regiam Maiestatem Vestram consequutione impendimus, non esse multis nominibus gratissima. Ea siquidem ratio facit, ut clementissimi Domini nostri Regis piam voluntatem et in pace constabilienda sollicitudinem, iuxta gravissimos labores nostros, sumptus, atque quae sustinuimus pericula amplius divino beneficio irrita non fore, sed universo Christiano orbi utilia et salutaria confidamus.

Quia ergo Serenissima Maiestas Vestra nos, superioribus litteris demonstrato Livonicae tractationis ordine, Vilnam ad transigenda ex integro negocia clementer evocavit, in quo equidem antea, mandatorum et credentialium defectu, non iniuria timidiore eramus, nunc certe Regiae Maiestati Vestrae non solum ultro adsentimur, sed etiam summa diligentia et devotione praecamur, ut eadem nobis eundem aut alium conventus et audientiae locum, una cum securitatis vel fidei publicae cautione, pro nobis, famulitio, aurigis, rebus itidem universis, nec non etiam pro Livoniensibus (si ita necessitas ferat) legatis eorumque familia rebusque, per praesentem nostrum nuncium clementer ex scripto assignare atque transmittere dignetur. Constituto enim hoc loci, cum Magnifico Principe Domino Magistro ac caeteris provinciae statibus, pacis et concordiae modo, quod praesentibus legatis Pruttenicis, quorum adventum postridie operimur, intra paucos dies confici posse existimamus, statim Regiam Maiestatem Vestram reverenter adire constituimus. Rogamus itaque fideliter et obtestamur per omnia sacra, ut Serenissima Maiestas Vestra, de cuius ad pacem propensissima voluntate nunquam dubitare potuimus, in his afflictissimis temporibus, et postrema senecta mundi, Christiani orbis, nominis, sanguinis et imminentis communis hostis clementer velit habere rationem.

Simul etiam pro agnata Regia bonitate et sublimibus suis donis prudenter expendere, quam intersit hoc misserrimo rerum statu Romani Imperii et universae Reipublicae (cuius in pace semper floruit dignitas) tranquillitatem frustra interturbari. Cum enim Magnificus Dominus Magister ac universi huius provinciae ordines iuratae et cum Maiestatis Vestrae maioribus, amplissimis et eminentissimis Poloniae Regibus, aliquoties confirmatae paci solide nitantur, et de controversiis, quae inter utrobique subditos vel alioqui intervenire, quodlibet aequum non recusent arbitrium. Quid amplius causae subesse potest, cur Christianus et laudatissimus Poloniae Rex Sigismundus Augustus, Dominus noster clementissimus, hanc provinciam, cum qua praeter caetera Christiani nominis professio, vicinitas et commerciorum necessitudo amicitiam firmavit, bello impetere et intestinis cladibus Christianum robur debilitare et non sine proprio periculo barbararum gentium furorem excitare velit atque accendere? Quia ergo hae actiones propter infinita belli incommoda et malorum contagium nobis vere et ex animo curae sunt, oramus denuo, ut Regia Maiestas Vestra in hac parte piam sollicitudinem aequo animo ferre ac ei Serenissimae Regiae Maiestatis Daniae, Domini et Regis nostri clementissimi nomine, assensum clementer prebere non dedignetur. Id erit Regiae Maiestati Vestrae gloriosum, Christiano orbi salutare et Serenissimo Domino nostro Regi, Fratri et Consanguineo Vestrae Maiestatis charissimo, multo gratissimum. Quam Deo Optimo Maximo etc. Datae Wendenae etc.

Vilnae, 5 Aprilis 1557.

*Ioannes Straub**ad Christianum III regem Daniae**de progressu legationis suae, de praeparationibus bellicis et de bello inter Turcas et principales Europae status.**(Autogr.; scriptura partim obsoleta; sig. vest.)**T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Durchlauchtigster unnd grosmechtigster khunig. E.Kh.M^{tt} sey mein gar underthenigst schuldig unnd fleissig dinst gewonlich besen.

Gnedigster khoning unnd herr.

Wiewol wir samptlich an E.Kh.M^{tt} dismal nichts gewisses noch sonderlich zu schreiben gehabt, auch allerhandt beten die befurthung die brieff zu vertrauwen, wie nhumer die welt bewandt, seer bedenklich. Weil wir aber doch von hinnen aus auff Dantzick gewisse bothschafft zugestanden, haib ich dis an E.Kho.M^{tt} underthenigst geferdigte schreiben inn einenn umschlag an meyn hauss, und von dannen uff Segeberg zu uberschicken verurthnett. Hoffe, das sollichs E.Kh.M^{tt} furtherlichst zu handen solle in underthenigkeit gerhaten.

Unnd fuge demnach E.Khu.M^{tt} underthenigst zu wissen, das wir am 23^{ten} Martij mitt guttem slittenwech durch hilff und gnad des Almechtigen frisch zur Vilno inn Littouwen ankhummen. Und hait uns fast ann der stadt der Marienburgscher weiwoda, h. Achatius von Cemen, in namen der Khu.M^{tt} freunthlich entfangen unnd bis in die herberge gefurth.

Es wardt uns uff anfurthung ann 27^{ten} die audientz zugestatten angekhundigt. Weil aber furstlich durchl. zu Preutzen post mitt abschrifft der reces ankhummen, ist die audientz bis 29^{ten} desselben monats uffge.^{a)} Unnd alss dhe offenthliche audientz in gegenwertigkeit alles umstandts verstattet, hab doch bis daher von Irer Kh.M^{tt} kheine resolutien bekhummen, was die capita des furtragens. Ist gleichwol aus bedenklichen ursachen dieser bethschafft nit zu vertrauwen.

Men ader hie fil vom kriege, unnd das men uff Florianij, als nemblich den 4^{ten} May, furtzehen wolle. Es soll auch in geleich den Dantzichern khein schiff aus zu gestatten verbitten seyn, haben aber nichts gewisses. Das wir aber gleichwol im schain des feldes, allein die uffrustung furtzusetzen vergeblich uffgehalten werden solten, weiter allerhandt beswer unnd naichdenk verursachen. Wir wollen uns aber in abmerknis des recesses und wie allenthalb die sachen bewandt gewesen, sallichs kheins wegs verstehen, sondern des fillmeher allerseits zum Friden goschoitten werden solle. In dem wir am utersten fleis bey unss kheinen mangel wollenn lassen ercheinenn. Es wirt uns alle weil unnd stunde lanck. Unnd sey^{a)} als im ehelendtt, wan dass nhun alles vorgeblich seyn solt, mughte gett.^{a)} Wir hoffen aber, das wir bey Gott unnd der gantzen welt unsers getreuwen fleises unnd angewandter sorgfalticheitt genuchsam entschuldigt.

Wir haben alhier bey dem khuninglich hoeue allerhandt gefarliche zaitung von krieg mitt dem Turck, pabst, Franckerich, Italien, Engelandt.

Es mag sich Gott syner armen Christenheit erbarmen, Wir haben auch zeitung, das die romische khunnigliche m^{tt} bethschafft in die 40 pferdt starck an Prusen unnd Lifflandt abgefertigt. Wie wol wir von der werbung nichts wissenn, achte ich doch dass es umb das kriegsfolk gegen denn Turck zu gebrauchen, unnd andere hilff zu ertzeigen zu thuen seyn mach. Werden auch fillicht die irrungen zum frieden zu behandeln befelich haben. Dasselbig doch nnumer, wie E. Khu.M^{tt} auss dem ubergeschicketen reces gnedigst ersehenn, fulnzogen. Wie men alleinn zum friden gefallen werden mag der Khu.M^{tt} resolution bekhumen. Thue E.Kh.M^{tt} hiemit dem allerhohesten in seynen vetterlichen gnedigen schutz. Durch Christum ^{b)} zu erhalten. Underthenigst und getreulich befelhen.

Datum ilich zur Vilne in Littow am 5^{ten} April ao 57.

E.Khu.M^{tt}
Underthenigster Johan
Straub d.

In dorso: Dem durchlauchtigsten, groismechtigsten unnd heichgebornen fursten unnd hern, hern Christiann zu Denmark, Norwegen etc., meynem gnedigsten khuninge unnd hern, unnderthenigst.

Alia manu: D. Johan Strubben schreiben, vormeldet das Kon.Ma^{ttm} rethe zu Vilnae in Littaw glucklich ankommen, und dz sie aldar den 29^{ten} Martij zur offentlicher audientz gestadtet, aber noch zur zeit kein endtliche resolution von Kon.Ma^{ttm} zu Polen erlangt. Wan dieselbig erlangt, wollen es die rethe Kon.Ma^{tt} zuschicken.

Productae Coppenhagen den ^{c)} xij^{ten} Majj ao lvij^{ten}.

a) *Verba quae non leguntur*

b) *Christum lectio incerta*

c) xxj^{ten} *expunct.*

N. 42.

Vilnae, 29 Aprilis 1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Christianum III regem Daniae
de non accepta regis Daniae in negotio Livonico propositione.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano Tercio, eadem gratia Daniae etc. Regi, salutem et totius foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Amice, Frater et Consanguinee noster charissime.

Oratores Serenitatis Vestrae, Magnificum et Egregium Ottonem a Krompen, armate militie magistrum et Regni Daniae Marschalcum, Ericum Krabbe ac Ioannem Strubium, Iuris utriusque Doctorem, ad nos a Serenitate Vestra in negotio Livonico missos, et audivimus libenter et dictis eorum eam quam par erat fidem adhibuimus. Quid vero eis ad ipsorum legationem responsi dederimus, quaeve causae intercesserint, quominus Serenitatis Vestrae consiliis acquiescere ^{a)} non potuerimus, Serenitas Vestra ex iisdem Oratoribus suis cognoscere dignabitur, quibus vicissim eandem fidem habere eosque ob singularem eorum virtutem et dexteritatem, quam in ea legatione declararunt, et ipsorum meritis et nostro nomine commendatos habere velit. Tandem Serenitatem Vestram diutissime foelicem valere optamus. Datum in Civitate nostra Vilnensi XXIX Aprilis, Anno Domini MDLVII, Regni nostri XXVIII.

Sigismundus Augustus Rex subscripsit.

In dorso alia manu: Litterae Excusatoriae Poloniae Regis quibus causis commotus paci factae ^{b)} non acquieverit. Productae Horningsholm 26 Iunii 57.

a) *In ms.* aquiesce

b) *in ms.* paci correctum ex: pacem et factae
correctum ex: factam

N. 43.

Vilnae, 5 Maii 1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae (per ministrum suum)
ad Ottonem Krumpe et socios, regis Daniae oratores,
ad conditiones regis Daniae respondet.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Responsum nomine Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae Magnificis Ottoni Krumpen, Henrico Krabbe et Ioanni Strubio, Serenissimi Domini Daniae Regis Oratoribus, Vilnae V die mensis Maii MDLVII datum.

Quantum studium Serenissimi Domini Danorum Regis erga Rempublicam Christianam existat quamque Maestas illius exoptet, ut inter Christianos principes pax et tranquillitas conservaretur, cum semper magna eius rei documenta dedit, tum vero hac legatione, quam Magnifica et Egregia Dominationes Vestrae cum collega suo motibus hisce Livonicis Serenissimae Maiestatis illius nomine componendis obiverunt, abunde testata est.

Quae posteaquam intellexisset ortam esse dissensionem inter Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem et Magnificum Dominum Magistrum ac status Livoniae, non cunctandum sibi esse putavit, quin primo quoque tempore Magnificam et Egregiam Dominationes Vestras mitteret ad eas dissensiones illorum sedandas et componendas.

Cum edocta esset Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, Livonum iniuriis atque offensionibus provocatam bellum adversus eos parare, ad eam quoque Magnificam et Egregiam [Dominationes] Vestras venire iussit atque illam suo nomine a belli consilio ad pacis studium hortari. In quo Sacra haec Regia Maiestas agnoscit Serenissimae Maiestatis illius plane Christiani Regis officium, cum ab omnibus laudandum praedicandumque, tum Sacrae huius Regiae Maiestatis studiis et officiis referendum. Etenim cum Serenissimae Maiestatis illius eam erga se voluntatem Sacra haec Regia Maiestas benevolentissimo gratissimoque animo complectitur, tum eius studium pacis, ad quam ipsa item semper fuit estque propensissima, non potest satis laudari. Quippe quae perspiciat Christianis principibus inter sese^{a)} domesticis dissensionibus distractis, communem Christiani nominis hostem Regnis ac provinciis Christianorum magna potentia imminere.

Itaque ex eo tempore, quo ad Regni ditionumque suarum gubernacula accessit, nihil unquam prius habuit, quam ut provinciis suis et cum universis finitimis et inprimis cum Christianis principibus quam firmissima pax constaret, tantumque ea in re studio et diligentia elaboravit, ut non leves saepe iniurias dissimulandas potius, quam earum causa arma sumenda putaverit.

Cuius rei Sacra Regia Maiestas eum fructum coepit, quod omni tempore pacate et tranquille regnum et dominia sua administravit, atque ne illud quidem eius Sacrae huius Regiae Maiestatis instituti parvum argumentum est, quod inter Sacram Maiestatem eius et eum ipsum Magnificum Dominum Magistrum Ordinesque Livonicos gestum est.

Cum enim divis antecessoribus Sacrae huius Regiae Maiestatis partim externis bellis, partim aliis Reipublicae negotiis occupatis, Livones magnam finium Lithuanicorum partem non armis, sed usurpatione sensim possedissent, atque ex ea causa in dies controversiae orirentur, eo res deducta est, ut limites instituerentur, qui postea Radvilonum vocati sunt. Cumque aliis subinde enascentibus occasionibus Livones ultra eos essent progressi, post susceptam statim a Sacra hac Regia Maiestate Magni huius Ducatus Lithuaniae administrationem, per Magistrum qui hunc antecessit atque deinceps per huius quoque legatos innovati et iureiurando firmati fuerunt.

Sed cum nihilominus Livones id, quod semel occuparant, retinere conarentur, resque eo spectare videretur, ut quae pactis obtineri non possent, armis repetenda essent, Serenissimus et Excellentissimus Romanorum Rex intercessit atque Sacram hanc Regiam Maiestatem hortatus est, ut eas controversias amicae tractationi permitteret.

Tametsi autem Sacrae huic Regiae Maiestati expeditum plane hoc negocium fuisset, quod et transactione et iureiurando firmatum erat, tamen pacis causa ad Serenissimi et Excellentissimi Domini Romanorum Regis atque ad Illustrissimi Domini Ducis Iuliacensis arbitrium et amicum compositionem rem detulit, commodius esse ad communium rerum statum conservandum existimans, si de illis rebus, etsi minime dubiis, per cognitionem tamen potius quam armis disceptaretur.

Cum autem ea tractatio et pacificatio protraheretur, novi isti in Livonia motus consecuti sunt, in quibus sedandis quantum studium Sacrae huius Regiae Maiestatis extiterit, e statu progressuque rei facile intelligere est. Cum enim Reverendus Dominus Archiepiscopus Rigensis Serenissimi et Excellentissimi Domini Romanorum Regis et huius Sacrae Regiae Maiestatis hortatu atque, quemadmodum ad eam perfertur, etiam

Serenissimi Domini Danorum Regis multorumque Germaniae principum studiis adductus, instituisset sibi coadiutorem Archiepiscopus cooperare Illustrissimum Dominum Christophorum Ducem Megapolensem, cumque eam ad rem assensum Magistri et Statuum Livoniae requireret, eiusmodi illi atque Illustri Domino Christophoro Duci Megapolensi condiciones detulerunt, quae non modo non ferendae, sed etiam plane impossibiles eis essent.

Nam inter caetera hoc quoque Magistri atque Ordinum postulatum fuit, ut Reverendissimus Dominus Archiepiscopus efficeret, quo Sacra Regia Maiestas omnem finium controversiam illis remitteret. Quasi vero tantum Sacrae huius Regiae Maiestatis intersit, qui Archiepiscopatum Rigensem obtineat, ut id sibi finium suorum iactura comparandum existimaret, quos quidem tueri atque vindicare dum inauguraretur per iusiurandum promiserit.

Ad eas autem condiciones si quid eis praetermissis a Reverendissimo Domino Archiepiscopo et Illustri Domino Christophoro Duce Megapolensi tentatum esset, adiecta ab eis fuit armorum comminatio, constituto tempore, intra quod responsum de accipiendis conditionibus daretur.

Atque ne eae minae inaniter susceptae ab ipsis viderentur, confestim commendatorem Duneburgensem ad cogendas copias in Germaniam miserunt, quae res cum ad Sacram hanc Regiam Maiestatem perlata esset, videretque, si arma inter eos suscitata essent, magnum toti illorum provinciae a communi hoste discrimen imminere, misit Legatos suos ad Magnificum Magistrum quidem et Ordines Livoniae, Reverendum Dominum Episcopum Samogitiae, alterum vero ad Reverendum Dominum Archiepiscopum Rigensem, qui eos a consilio armorum ad pacem revocarent hortarenturque, ut depositis armis, quae controversiae illis intercessissent, de iis vel amica tractatione transigerent, suam illis eam ad rem operam deferens, vel per legitimi iudicii sententiam disceptarent.

Quam Sacrae Regiae Maiestatis admonitionem, communis pacis causa susceptam, Magnificus Dominus Magister et Status Livonici non modo neglexerunt, sed etiam Reverendum Dominum Episcopum Samogitiae absque ullo propemodum responso dimiserunt. Alterum vero Legatum, qui ad Reverendum Dominum Archiepiscopum profectus fuerat, in itinere interceptum contra ius gentium atque adversus iurata foedera, quibus utrimque Legatis libera comandi potestas esse debuit, interfecerunt. Quod quidem si non iuventibus (id enim Sacra Regia Maiestas non affirmat), at certe probantibus Livonibus factum est, quippe qui ad eam diem comites, equos resque illius omnes apud se retineant, vestibus torquibusque in publicis conventibus utantur et, quod maximum est, literas Sacrae Regiae Maiestatis apud se habent, quae etiam fortassis violatae ab ipsis sunt.

Quod tam atrox facinus, etsi permovere iniuria quantumvis lene ingenium potuit, tamen ne tum quidem hostile quicquam Sacra hec Regia Maiestas adversus eos suscepit.

Illi autem ut declararent bellum sese a iure gentium in Legato Sacrae Regiae Maiestatis violato auspiciari statuisse, confestim suis arma imperarunt ac Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, consobrinum clientemque Sacrae Regiae Maiestatis, per vim ad deditionem compulerunt, redactumque in suam potestatem, ne dum principe, sed ne privato quidem homine digna conditione habuerunt.

Cumque esset apud Sacram hanc Regiam Maiestatem incertum, quatenus arma per temeritatem suscepta prolaturi essent, atque multa

eorum superbe et insolenter adversus illam dicta indies nunciarentur, quo si quem impetum in fines Sacrae Regiae Maiestatis facere conati essent, parata esse ad defendendum potuisset, etsi magnam exercitus sui partem in diversissimam regionem atque ad ipsum fere Boristhenis ostium contra Tartaros, a quibus periculum finibus Lituaniis imminere nunciabatur, transmiserat, reliquias tamen exercitus ad fines Livoniae opposuit, severe illis imperato, ne quid hostile in eorum fines tentarent facerentve, sed tantummodo si que vis ab ipsis inferretur, suis finibus praesidio essent. Quemadmodum id Furstenbergio, qui copiis illorum tum praeerat, Serenissimae Regiae Maiestatis exercitus praefectus significavit, cum ex eo quereretur, qua causa Sacrae Regiae Maiestatis exercitus coactus esset et quid auspiciari aut exportare deberet.

Venerant interea a Magnifico Domino Magistro atque Ordinibus Livoniae ad Sacram Regiam Maiestatem Legati, per quos quae gesta ab sese essent rationibus exponendis excusare videbantur, sed id ita tamen ita videlicet in re non obscura ab eis fiebat, ut omnes eorum motuum causas profectas suscitatasque ab ipsis esse facile appareret.

Cumque illa Legatio pacis etiam ab ipsis missa fuisse significaretur, interea hostiliter in ditiones Sacrae Regiae Maiestatis excurrere easque carpere atque cum iis, qui in excubiis castrorum collocati erant, configere non dubitarunt, tum etiam naves mercatorum Sacrae Regiae Maiestatis apud Duneburgum diripuerunt, qui ex publicis foederibus, cum nullum adhuc utrinque bellum denunciatum esset, libere et sine ullius metus suspicione mercaturas istis exercebant.

Ac potuissent²⁾ quidem Sacra Regia Maiestas vel exercitu mittendo, vel negotiatoribus, qui erant^{b)} in ditionibus Sacrae Regiae Maiestatis, pignorandis, vel etiam Legatis retinendis, suam subditorumque suorum iniuriam facile vindicare, sed noluit imitari id, quod in illis maxime reprehendum statuit, praestare existimans eam iniuriam sufferre, quam in se ullam violatae fidei suspicionem contrahere.

Et cum hae tot tantaque in Sacram Regiam Maiestatem iniuriae essent ab illis profectae, tamen Sacra Regia Maiestas, cum ex Magnifica et Egregia Dominationibus Vestris cognovisset eas a Serenissimo Domino Danorum Rege pacis constituendae causa missas fuisse, non modo non recusavit pacem, sed etiam Magnificam et Egregiam Dominationes Vestras hortata est, ut diligenter in eam rem incumberent, offerrens se, si Reverendissimus Dominus Archiepiscopus in integrum per eas restitueretur, se quoque controversias suas amicae tractationi permissurum esse.

Sed interea illud quoque Sacrae huic Regiae Maiestati gravissimum accidit, quod Livones Sacram Maiestatem eius apud Serenissimum et Excellentissimum Dominum Romanorum Regem ac Status Imperii, et alios Germaniae principes, accusando criminandoque traducere sollicitareque eos ad bellum adversus Sacram Regiam Maiestatem suscipiendum non destiterint, id quod Sacra Regia Maiestas pro eo ac debet tulit gravissime, quod amicitiam, quam cum Statibus Sacri Romani Imperii constitutam habet, violare prorumpereque conati essent.

Ac non ignorat quidem Sacra Regia Maiestas, qua fide quave diligentia Magnifica et Egregia Dominationes Vestrae cum collega illarum in commissa eis Legatione versatae sint, quantumque studii, operae, curae adhibuerint, tum quantum temporis huic rei dederint, ut pax aequa inter Reverendissimum Dominum Archiepiscopum et Ordines Livoniae potuisset constitui. Quemadmodum et ex ipsis Magnifica et Egregia

Dominationibus Vestris Sacra Regia Maiestas cognovit et aliunde hoc ad eam perlatum est, adeo ut quod ad personas Dominationum Vestrarum attinet, Sacrae Regiae Maiestati abunde satisfactum sit, neque dubitat quin Serenissimo Domino Danorum Regi illarum opera sit futura gratissima.

Optavissetque Sacra hec Regia Maiestas, quam gratum ipsi Magnificae et Egregiae Dominationum Vestrarum de pace restituenda studium extitit, ut eodem animo a Livonibus illud fuisset acceptum atque ut ad aliquas honestas transactionis conditiones sese adduci passi fuissent.

Verum animadvertit nequaquam eam disceptationem Reverendo Domino Archiepiscopo aequam extitisse. Cum enim Reverendus Dominus Archiepiscopus, libertatis amissae calamitate constrictus, quamvis iniuas esse eas conditiones intelligeret, tamen illas precibus plane ab illis flagitasset, vix ei ab ipsis, penae minis adactis, permissae fuerunt, quemadmodum id Magnifica et Egregia Dominationes Vestrae in colloquiis cum consiliariis Regiae Maiestatis habitis non obscure significarunt.

Quibus quidem conditionibus primum ea ipsa, quae ad illum apud Serenissimum et Excellentissimum Dominum Romanorum caeterosque reges atque apud Status Imperii accusandum criminandumque concesserant, et quae ille aliena ab se esse affirmare ducitur, confirmata sunt, deinde ea, quae ad restitutionem illius pertinent, segnitie tantum ac verbotenus ab eis suscepta. Cum ea plurimum a restitutione absint. Quae enim ea restituito existimanda est, qua cum hodie Archiepiscopus dignitatem recuperaret, postridie illam abdicaturus esset, eiusque rei necessitas per conditiones illi imponeretur? Ut interea de rebus ipsius subditorumque eius taceat.

Quibus conditionibus cum ita assensus Reverendus Dominus Archiepiscopus esset, quatenus per Sacram Regiam Maiestatem probarentur, Sacra Regia Maiestas quum eas non modo illi ad pristinum statum recuperandum accomodatas esse non videat, sed etiam quum illis dignitatem existimationemque eius pergravari intelligat, nequaquam existimat se illis assensum suum cum dignitate sua adiungere posse. Cum praesertim etiam alii sunt, qui propinquiore necessitudine Reverendum Dominum Archiepiscopum attingunt, sine quibus nihil sibi Sacra Regia Maiestas ea de re statuendum esse existimat.

Non impedit tamen Sacra Regia Maiestas, quin Reverendus Dominus Archiepiscopus, si eas conditiones commodo honorique suo fore existimet, in iis arbitrato suo permanere possit, modo ne Sacra Regia Maiestas ad easdem admisceatur.

Cumque id non fiat, quod caput ad instituendam pacem est, quodque Sacra Regia Maiestas primum semper esse voluit, ut scilicet ^{c)} Reverendus Dominus Archiepiscopus ^{d)} in eius dignitatem rerumque omnium statum, quem ante deditionem obtinebat, non verbis sed re restitueretur, non existimat Sacra Regia Maiestas ab se ullos cum eis de suis iniuriis et offensionibus suis tractatus suscipi a se debere. Sed eas omnes Deo committit atque quemadmodum patienter et hactenus in iis perferendis perstitisset, contentus eo, quod eam iniuriam a subditis suis prohibuerit, ita deinceps nihil factura est, quod ab offitio atque dignitate sua regia alienum videri possit.

Sperat autem Sacra haec Regia Maiestas se fore apud Serenissimum Dominum Daniae Regem excusatam, quod studium a Serenissima illius Maiestate de reconcilienda ²⁾ pace susceptum non eum, quem optavisset, eventum habuerit. Quippe cum id nulla sua causa accidisset, sed ad-

versariorum temeritate, qui cum a multis eorum iniuriis armorum causae profectae essent, omnes honestas pacis conditiones repudiarunt.

De Serenissimo vero Domino Daniae Rege Sacra haec Regia Maiestas id sibi pollicetur, ut quam benevolentiam animumque erga se hoc pacis componendae negotio suscipiendo declaravit, ita deinceps in eadem causa prestaturum sibi esse eiusmodi studium, quod a Serenissima illius Maiestate et officia divi parentis Sacrae huius Regiae Maiestatis, et literae, quibus illis sese obstrinxerat, postulant. Vicissim autem Serenissima illius Maiestas eandem Sacrae huius Regiae Maiestatis voluntatem paremque animum suis omnibus in rebus cognoscet.

Utque ne nunc quidem Sacra Regia Maiestas aliena a consiliis conditionibusque pacis fuerit, si Reverendissimus Dominus Archiepiscopus in libertatis, dignitatis facultatumque omnium, quas ante dedicationem obtinebat, locum integre et non verbotenus tantummodo restitueretur, neque solum non impediverit, ut cum plene restitutus esset, si ullo nomine obnoxius illis esse existimantur, iure iudicioque legitimo adversus eum experirentur, sed etiam pacis communis causa fecerit, ut de suis quoque iniuriis per honestas et quae dignitati suae convenientes sint rationes cum ipsis transactura, iustamque eorum nomine satisfactionem susceptura esset.

Cum autem Magnifica et Egregia Dominaciones Vestrae ad Serenissimum Dominum Regem suum redibunt, salutem illi faustaque ac foelicia cuncta Sacrae Regiae Maiestatis nomine praedicabunt, studiaque ac officia Sacrae Maiestatis illi deferent ac ea omnia prolixè pollicebuntur, quae ab amico animo proficisci debent.

a) *In ms. esse*
b) *lectio incerta.*

c)-d) *in ms. adscriptum in margine.*
z) *sic in ms.*

N. 44.

Posnaniae, 24 Februarii 1561.

*Lucas et Andreas, comites de Gorka,
ad Fridericum II regem Daniae
de equis regi Daniae non vendendis, sed fortasse dandis.*

(Orig., sig. cum annulis)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Durchlauchtigster, grosmechtigster konig, gnedigster herr, Ewer Ko. Ma^t seind unssere gehorsame unnd gantz hochgeulissene dinst zuuor.

Gnedigster herr und konig, uns ist E.Ko.Ma^t gnedigistes schreiben, belangendt das wir Ewer Ko. Ma^t umbs geldt vier gutter walachen einer haar, wapen ross, wolten zukommen lassen, behendigtt worden. Dorauf wir Ewer Ko. Ma^t underdinstlicher meinung nicht vorhalden können, das zwar niemals bej uns inn massenn dan auch nicht bej unssern vorfarn breuchlich gewest, umbs geld jhemandes rosse volgen zu lassen. Zu gnedigstem gefallen aber, Ewer Ko. Ma^t dadurch unssere gehorsame und gantz willige dinst zu ehrtzeigen, weren wir mehr als

willig gewest, Ewer Ko. Ma^t Irem gnedigsten begeren nach mit vier gutten walachen ohn alles enttgeldung zu uorsehen, da wir inn der eile zue solchem fuglich hetten kommen mugen. Dan da der mehreteill unsserer rosse itziger zeitt im lands Reussen entthaltten wird, wir auch gar nichts tuglichs hierumb umbs geld bej andren, domit E.Ko. Ma^t woll vorsorgt uber unssern muglichstn aufgewanten vleis, habenn bekommen konnen. So bitten wir gehorsamlich, Ewer Ko. Ma^t, das Derselbten beger auff dies mall kein volge geschicht, geruche uns gnedigst entschuldigt zu nemen. Wir wollen aber inn kunfftig solcher Ewer Ko. Ma^t gnedigster suchung in dengk sein, und damit inn dem, Ewer Ko. Ma^t von uns gedinett werde, inn kein vorgessen stellenn. Dan Ewer Ko. Ma^t inn viell hoerm und mehrem zu dinen, ehrkennen wir uns schuldig, wollen unns auch dartzu underdinstlich ehrbotten haben. Mitt embsiger und hochdinstlicher biette, Ewer Ko. Ma^t geruhe unsser gnedigster herr und konig zu sein und zu uorbleiben.

Datum Posen den 24 tag des monatts Februarij anno im einund-sechtzigsten.

a) Regiae Vestrae Maiestatis Servitores
Lucas weiwode zu Luntzitz und Andreas gebruder,
graffen und hern zu Gorkaw, zu Busko, Gnisen,
Colo und Cron^{c)} starosten.

manu propria^{b)}

manu propria^{d)}

In dorso: Dem durchlauchtigstenn, grosmechtigstenn fursten und hern, hern Fridrichen dem Andern, zu Dennemarck, Norwegen, der Wenden und Gotten konige, hertzogen zu Schlesswig, Holstein, Stormarn und der Ditmarschen, grauen zu Oldenburg und Delmanhorst, unsserm gnedigsten herrn unnd konige.

Alia manu: Redditae Copenhagen den 19. Aprilis ao 61.

a)-b) *eadem manu.*

c) *sic in ms., Koronowo?*

d) *manu propria alia manu.*

N. 45.

Ex castris apud Rigam, 8 Septembris 1561.

*Nicolaus Radziwiłł
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
de bello contra Moscoviam in Livonia parato.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae manum summa cum veneratione exosculor, servitutumque meam perpetuam pro fidei et subiectionis meae debito ad pedes Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae perquam obsequenter et reverenter prosterno.

Pro eo ac mihi, a teneris in aula Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae

educato,^{a)} servitori et iam a pluribus annis ex singulari eiusdem Maiestatis Vestrae clementia, in Senatum cooptato consiliario, cogniti perspectiveque sunt sensus et iudicia Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, scio, qualibus cum mandatis in hanc provinciam longe afflictissimo perturbatissimoque illius tempore dimissus fuerim. Nempe quomodo reliquis illius tam difficili et periculoso rerum statu, conservari et a vicinis dominiis Maiestatis Vestrae periculum averti pro pactorum formula debeat: ut nunc quidem in aestate, dum tempus est rerum gerendarum, vires, copias et exercitus suos exercitibus Maiestatis Vestrae Regiae coniungant, ad hybernium vero tempus, quo potissimum hostis invalescere huic provinciae consuevit, ita arces, civitates, propugnacula sua omnia, hosti vicina et periculis exposita, milite et firmis praesidiis confirmant, ita commeatu et reliquo bellico apparatu se instruant, ut et sustinere hostem et conatus illius impedire possint, ne extrema tandem perniciēs huic provinciae immineat.

Quod si in hoc adventu meo eam faciem rerum hic reperissem, quae aliquomodo vel minimam opem salutis aut auxilii ex parte omnium ordinum promitteret, vel cum initorum pactorum conditionibus, quo quomodo stare posset, ne pilum quidem declinasset a mandatis Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, sed ad amussim datorum mihi mandatorum et formulae initorum defensionis foederum me in toto accommodassem.

Scio enim et perquam oculate perspexi, quam Maiestas Vestra contenta est suo, nec appetat alienum, novi etiam, quam sancte colat, veneretur et observet Sacrae Imperatoriae Maiestatis, parentis sui observandissimi, Sacrique Romani Imperii Electorum ac aliorum Illustrissimorum Germaniae, sanguine et foederibus sibi coniunctorum Principum, erga se voluntatem. Quam ne dum pro his reliquis Livoniae, sed pro solidis, integris et florentibus regnis ullatenus velit aliquomodo labefactum iri.

At quoniam aliam faciem rerum huc adveniēns reperi, quam vel a Maiestate Vestra operari,^{z)} vel a quoque nisi praesentibus oculis videret, sentiri intelligere possit, coactus sum volens nolens pro fidei et observantiae meae debito consilia mea alio dirigere et mandatorum meorum seriem in alium scopum, quam Maiestas Vestra voluit, nonnihil deflectere. Non segniter apud me expendens et in re praesenti certissimis oculis videns, quam, ut salute civitatis Rigensis salus harum reliquiarum nititur, ita ex amissione amissio et certissimus interitus: ad vicina^{b)} vero Maiestatis Vestrae dominia summum discrimen atque periculum redundet.

Nam ut ab ipsis Principibus exordium sumam, cum eos de ferendis ex parte sua, auxiliariis copiis eisque exercitibus Maiestatis Vestrae adversus potentiam Moschorum coniungendis, firmandis et instruendis arcibus, prout pactorum formula vult, nomine Maiestatis Vestrae compellarem, facile in ea re per expressum tenuitatem agnoscebant suam. Quod nec dum ad reprimendam potentiam Moschoviticam possint aliquid opis et consilii pro parte sua adferre, sed quo ipsi mediocriter statum suum tueantur, ne dicam vitam tollerent, non habeant. Tantum abest, ut alere militem, firmare et instruere arces valeant, ita horum annorum continuis bellis exhaustos se et protritros per hostiles incursions recognoverunt.

Hinc est, quod cum reliqui status equestris et civilis conditionis de Principibus suis prorsus ab omni ope auxilii et defensionis decidissent,

in propriis etiam viribus desperassent, in diversis diversas hominum voluntates, diversa studia et consilia inveni. Alii enim Danicarum, alii Swedificarum atque Moschoviticarum, reliqui Maiestatis Vestrae partium inventi sunt. Ordinem vero contestari fere et exosum habere omnes ac in illorum dissolutam vitam tantarum calamitatum culpam referre. Proinde mutandam in universum istius Reipublicae formam et ad praescriptum Evangelii, quod a multis annis professi essent, vitam emendandam, si crux et calamitas cessare debeat, repudiato caelibatu, aliquem Principem exoptare haereditarium, qui cum vicinis Regibus amicitiam colat ac illam per sanguinis et affinitatis iura querat et constituat. Eo quod peregrini, advenae et non cives de rationibus suis provinciae, non ex salute illius, sed ex suorum commodorum proventu hactenus consulebant, turbataque Republica, trajecto mari, relinquebant saepe hanc provinciam in mediis fluctibus.

Accedit ad haec, quod cum a Sacro Romano Imperio in quintum iam annum implorassent auxilia, nulla tamen eis in hanc diem missa sunt; interim Moschus fere magnam provinciae partem occupavit et praeteritorum annorum victoriis inflatus pertinaciter reliquiis huius provinciae instet. Ex altera vero parte^{c)} Serenissimus Sueciae Rex quibusdam clanculariis practicis suis concitet plebem ad tumultum, sollicitetur populum ad defectionem, largitionibus multum laboret et in praesentia^{d)} pecunia perfidi plurimum colloct, adeo ut non modo ipsos privatos, sed et praecipuos magistratus promissa grandis pecuniae summa, in suas partes pellicere, urbium et arcium traditiones exposcere, extenuari quoque Regiae Maiestatis Vestrae non modo opes et potentiam ad reprimendas hostiles machinationes, sed prorsus animo supino negligere rationes huius Reipublicae. Alioquin si id cordi Maiestatis Vestrae foret, iamdudum et constituisse et iuris sui facere potuisset hanc Rempublicam, nec pati in ea tam longe lateque hostem grassantem, tum et alium quempiam praecipua membra ab illa avellentem. Proinde quesituros se Regem et Principem alium, qui eos ab omnibus eorum hostibus, non tantum a Moschorum Principe, tueri velit et defendere possit. Nec se amplius posse inani ope a quoque laetari, versari vero in perpetuo discrimine, lupum auribus tenere, usque dum toti ex hac provincia exterminentur.

Haec cum apud me non oscitanter expenderem et viderem alioquin maiorem et eam quidem potiolem istius provinciae partem, nempe ipsum equestrem ordinem pertesum et diuturnis calamitatibus et dominatu Ordinis Theutonici in id toto pectore et animis perpendere, ut, repudiato coelibatu et mutata Reipublicae forma, quesituros eos Principem, quicumque deffendendis illis fidem daret, si illis contingere possit, sin minus imperata Moschorum Ducis facturos ac servituros illi potius quam in singula temporum momenta gladios, ignes et cineres eius expectaturos. Multorum nobilium et honestorum virorum sermonibus adductus, eo consilia mea direxi, quo potiolem partem hominum propondere animadverti. Communicatoque itaque primum consilio cum Reverendissimis et Illustrissimis Principibus, Archiepiscopo Rigensi, Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae consobrino, et cum Ordinis Magistro, vicino et cliente Maiestatis Vestrae fideli ac observanti, convocata concione utriusque ordinis, tam equestri totius huius provinciae pariter et civili, non minus huius urbis Rigensis quam residiarum²⁾ civitatum, Wendensis et Wolmariensis, quam ratione censeant, reliquiis huius

provinciae succurri ab illis scire volui. Si quidem nunc ex uno hoste plures, pluribus etiam defensionibus opus habeant, et quod Sacra Regia Maiestas Vestra non teneatur tantum contra unicum hostem, Moschorum Principem, idque communibus viribus et armis defendere illos, et quomodo eadem Sacra Regia Maiestas Vestra, pactorum alioquin tenacissimus Rex, miserit exercitus suos validos et potentes, illosque crudeli grassationi Moschoviticae opposuerit. Ordines vero atque status Livoniae nullas suas copias, tam praesenti quam praeterito annis, cum exercitibus Maiestatis Vestrae coniunxerunt et an tali rerum statu conditiones pactorum ex parte Ordinis ratae sint, illis expendendum reliquendo. In summa eo directi fuerunt sermones et orationes meae, si vellent in tam difficili et periculoso rerum suarum statu de communi salute harum reliquiarum solidius, quam hactenus per eos factum est, consulere, me paratum fore nomine Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae audire super ea re suffragia et recipere eorum determinatas et bene apud se expensas conclusiones, quomodo salvandis reliquiis consultum velle cupiant, praesertim cum ipsimet ad me in sermonibus suis contestati sint, nisi hoc uno aut ad summum altero mense rationes istius Reipublicae solide constituantur, actum et conclamatum esse de tota provincia Moschum deleturum et occupaturum^{e)} esse omnia, et ex tum propinqua vicinia magnum periculum ad dominia Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae redundare.

Post multorum tandem dierum ultro citroque habitos sermones et tractatus eo res devenit, quod concordii equestris ordinis consensu et voluntate consenserint in Illustrem et Magnificum Dominum Magistrum, quem unum ex omni numero ad gerendum huius provinciae imperium idoneum existimabant, et cuius alioquin spectata sit erga illos fides, prudentia, sapientia, dexteritas et vigilantia in rebus gerendis: quodque ad illum rerum gubernacula deferant et exoptent in Principem et Dominum suum. Ita tamen ut una cum illo sequantur fidem Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, seque illius perpetuae fidei et clientelae una cum illo permittant et debitam subiectionem profiteantur, idque non usque adeo veteri maiorum suorum Ordinis Theutonici in Prussia exemplo.

Nolo Sacram Regiam Maiestatem Vestram multa longaque scriptione onerare, verum multa in pauca conferendo, seque brevitatis ex tot dierum tractatibus expediendo, Sacram Regiam Maiestatem Vestram pro Domino suo haereditario omnes status ac ordines concordii omnium sententia et voluntate elegerunt et cooptarunt. Reverendissimo et Illustrissimo Archiepiscopo Rigensi, consobrino Maiestatis Vestrae charissimo, in hoc actu et solemnitate facile praecursoris et antesignani, Illustri vero Domino Magistro non ignavi, sed alacris comitis partes pro sua in Maiestatem Vestram observantia sustinentibus. Nam instituta est sollemnis contestatio dextrarumque inter me, servitorem Maiestatis Vestrae, et Illustrissimas Celsitudines ipsorum unanimiter in praetorio civitatis congregatos porrectio stipulatioque. Ubi coram omni populo publice professi sunt se sequi fidem Maiestatis Vestrae Regiae, ac ad eam ipsam professionem in propriis suis personis ad Maiestatem Vestram Vilnam, vel ubi^{f)} cum curia sua foeliciter constituetur, venturos se obtulerunt, sicut venient simul, utque de tempore et loco per hunc aulicum et servitorem Maiestatis Vestrae, Generosum Dominum Henricum Dunyn commonefacti fuerint.

Etsi autem ad professionem huius subiectionis quasdam cautelas sibi reservant, eae tamen mihi videntur omnino esse tollerabiles, quas en hic ordine suo Sacrae Maiestati Vestrae recito:

Primum, ut ordinibus huius provinciae liceat per Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae voluntatem, consensum et approbationem penes eosdem Magistratus suos, Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem et Dominum Ordinis Magistrum ad eorum tempora vitae extrema permanere. Ita tamen, ut in omnibus ius directi domini salvum sit Maiestati Vestrae, illorum vero sub Maiestate Vestra tanquam clientum et vassallorum Principum utile dominium itidem salvum sit et ut in omnibus possessionibus, iuribus, privilegiis et immunitatibus, quibus hactenus cum suis subditis usi sunt, conserventur. Hoc est, ut Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi et sedium Celsitudinis eius Illustrissimo eius Coadiutori tanquam successori post praesentem ^{a)} in universa sua Archidicesi ius in spiritualibus, tam in clerum quam in populum, in vassallos vero itidem reliquum ius et feudalis Principis potestas permaneat. Ius vero belli indicendi et collocandi quemque in statione sua, deinde decidendarum causarum appellationis et, si quid est eius generis, sicut ex Archidicesi, ita ex reliqua provincia Sacrae Regiae Maiestati Vestrae tanquam directo Domino reservatum sit.

Secundum est, ut cum hactenus fuerint incorporati Sacro Romano Imperio neque dum nexu et iuramento fidelitatis eiusdem pro se et subditis suis soluti, petunt specialem securitatis formulam sibi a Maiestate Vestra praestandam, ne perimi cum suis insimulentur.

Pro tertio, ita se potestati Maiestatis Vestrae subicere statuunt, ut unum simul sint corpus Livonia cum Regno Maiestatis Vestrae Poloniae Magnoque Ducatu Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae Masoviaeque etc.^{b)} Id quod ipse coram in adventu meo Maiestati Vestrae narraturus et explicaturus sum.

Pro quarto, ut haec provincia, quae alioqui magistratui Germano, lingua, moribus legibusque asueta,^{c)} ut Germanos Principes, ita reliquum magistratum, Praefectos, Capitaneos et alios officiales Germanos more Prutenico obtineat.

Pro quinto, de religione confessionis Augustanae, quam sibi volunt esse salvam, qua in parte senatus populusque civitatis Rigensis quodam modo durior et curiosior mihi visus est, qui post aliquot tractatus ultimo loco in fidem Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae se contulit, idque non prius, donec speciali diplomate meo caverem eum de proscriptionis infamiaeque nota apud Sacrum Romanum Imperium per hanc subiectionem incurrenda. Item de religione confessionis Augustanae conservanda et de iuribus confirmandis, cuius cautionis exemplum, per ipsum Senatum in aliquibus punctis ex arbitrio ipsorum correctum, Maiestati Vestrae mitto. Dominus autem Dunyn coram Maiestati Vestrae explicabit, quare tantum Rigensibus a me tributum sit.

Restat, ut de conditione provisioneque Illustris et Magnifici Domini Magistri certiores Maiestatem Vestram faciam, qua in parte ero brevior, partim quia conditiones provisionis eius speciali scripto comprehensae sunt, quas Maiestati Vestrae mitto, partim quia Dominus Dunyn coram Maiestati Vestrae explicabit. Quare ita post multos reciprocos tractatus factum oportuit, quae si non per omnia Maiestati Vestrae probabuntur,

non mihi imputare dignabitur, sed eis, qui et rem venalem et forum ipsum in sua manu habent.

Commendo me tandem cum subiectissima servitute mea clementiae et benignitati Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis¹⁾ Vestrae, Domini et Domini mihi perpetuae fidei et observantiae meae nexu devinctissimo. Datum ex castris apud Rigam die 8 Septembris anno Domini MDLXI.

Sacratissimae Maiestatis Vestrae
servus perpetuus
Nicolaus Radziwil.

Postscriptum in tertia pagina.

Nolui haec silentio apud Maiestatem Vestram praeterire, quae inter hos tractatus mihi subinde in mentem veniebant, ac hoc ipsum nasutiores quidam et emunctioris naris homines usurpare mihi visi sunt. Nempe plurimum referre dominiis Sacrae Maiestatis Vestrae, ut civitas Rigensis, tanquam praecipuum huius maritimae orae propugnaculum, in fide et potestate dominorum suorum veteri, vicinis dominiis Maiestatis Vestrae confederatorum, maneat, si eam quoquomodo, tam ab hoste quam ab aliis vicinis Regibus tueri et conservare possent. Sin vero minus, tum ut in potestatem Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae primo quoque temporis momento veniat. Alioquin si Moschus, perpetuus et haereditarius Maiestatis Vestrae hostis, quod omen Deus avertat, tam celebri emporio potiretur, non minus natura quam arte munito, quo omnium mercium genera secundis fluminibus hinc ex Samogitia per Mussam, istinc ex Poloczko et reliqua Lithuania Russiaeque per Dunam demittuntur, et iterum adversis fluminibus ea mercium genera in dominia Maiestatis Vestrae inde reportantur, quibus subditi illius nequaquam carere possunt. Ubi etiam ad ripas Dunae tot arces et fortia propugnacula extracta sunt, quanto tum in discrimine Magnus Ducatus Lithuaniae, paternum et haereditarium Maiestatis Vestrae dominium, versaretur, quivis non obscure videt. Ideo mihi saepe in tractatibus succurrit in mentem vox Illustris et Magnifici Domini olim Castellani Cracoviensis a Tharnow, necessarii et benefactoris mei, nuper quidem mortui, sed immortalitate dignissimi, Maiestatis Vestrae Senatoris, qui se nolle decem marcis Polonicis urbem Vilmensem emere respondit, si haec Rigensis in potestatem hostis venerit. At iam haec civitas Rigensis, fide ordinis soluta, in perpetuam potestatem Maiestatis Vestrae Dei beneficio concessura est. Id autem eo consilio in praesentia commemoro, ut facti et consilii mei mihi apud Sacram Maiestatem Vestram constet ratio, quod eo usque cum ordinibus huius provinciae in his tractatibus progressus fuerim, ac ea illis, quae tribui, tribuerim.

a) *In ms.* educatio

b) *in ms.* vina

c) *sequitur verbum deletum illegibile.*

d) *sic in ms., forsitan:* praesentata

e) *in ms.* occupatorum

f) *in ms.* ubi *repetitur.*

g) *in ms.* verbum contractum, forsitan: praesentem

h) *sequuntur verba deleta:* Dominus et

i) *in ms.* Maiestati

z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in:* Schirren, Neue Quellen, III, 281, p. 228.

Vilnae, 28 Ianuarii 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum II regem Daniae
litterae credentiales pro Achatio Czema, oratore suo.*

(Orig., vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Vandalorum Gottorumque Regi, Duci Slesviciae, Holsatiae, Stormariae ac Dithmersiae, Comiti in Eldemburg et Delmenhorsth, Fratri et Affini nostro charissimo, salutem et fraterni amoris atque omnis foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Frater et Affinis noster charissime.

Mittimus ad Serenitatem Vestram hunc oratorem nostrum, praesentium exhibitorem, Generosum Achatium Czema, secretarium et aulicum nostrum, cui commisimus, ut cum Serenitate Vestra nomine nostro de rebus Livoniorum et aliis certis negociis tractet. Quamobrem a Serenitate Vestra postulamus, ut huic oratori nostro in omnibus, quaecumque nomine nostro Serenitati illius proposuerit, plenam fidem adhibeat et ad postulata nostra sese accomodet. Cum hisque Serenitatem Vestram diu ac foeliciter valere optamus. Datum in Civitate nostra Vilnensi Magni Ducatus nostri Lithuaniae, die vigesima octava mensis Ianuarii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regni vero nostri trigesimo secundo.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

Rigae, 15 Februarii 1562.

*Nicolaus Radziwiłł
ad Fridericum II regem Daniae
Achatium Czema ex officio magni cancellarii commendat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae manum debita qua par est observantia exosculor deditissimaque studia et obsequia mea ac omne genus alacris observantiae in gratiam Serenissimae Maiestatis Vestrae perquam accurate commendo.

Tametsi Maiestati Vestrae Serenissimae cognitus de facie non sim, non dubito tamen, prout Reges longas aures habere dicuntur, quum de mea erga se fide studio et observantia Maiestas Vestra quaedam cognita habeat. Illud enim potissimum in votis habeo et ei rei studeo uni, ut mea fides, obsequia et omnis generis studia in Reges et Principes orbis terrarum constent; cum autem et Sacram Regiam Maiestatem Vestram ad amplissimi regni fastigium Dominus Deus evehere dignatus

sit et monarcham mundi esse voluerit, id equidem mihi ipsi iam dudum imperavi, ut me in Sacrae Maiestatis Vestrae gratiam singularem insinuarem. Eius rei mihi hactenus nulla occasio oblata est donec in praesentiarum Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, oratorem suum, Magnificum Dominum Achatium Czema, Palatinidem Marienburgensem et Capitaneum Mevensem, ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram ablegaret, quam occasionem mihi obviam et opportunam nullatenus negligere volui. Et quamquam ipse Magnus Dominus Achatius pro eo ac mihi cum Magnificentia eius benevolentiae et familiarioris consuetudinis usus intercedit, vivae epistolae munus apud Maiestatem Vestram ex parte mea obire poterat, prout sane et obicit. Tamen et ego facere nolui et nec etiam debui quum fidem, studium, obsequium et observantiam meam, qua totus in nomen Maiestatis Vestrae feror, hisce privatis literis meis ad illam perferrem, minime dubitans, quod eadem facilitate Maiestas Vestra Serenissima favore, gratia et benevolentia sua Regia propendere in me dignabitur ac ego me totum illi cum meis obsequiis dedo.

Proinde velim sibi Maiestas Vestra Serenissima ea omnia de me persuadeat atque polliceatur, quae de deditissimo quoque homine et servitore suo persuadere debet. Ac si qua in re in his nostris regionibus Maiestati Vestrae obsequi et inservire poterō, velim utatur Maiestas Vestra Serenissima perquam liberrime obsequiis meis; nihil enim est tam difficile tamquam arduum, quod mihi pro nomine Maiestatis Vestrae susceptum (hic unde scilicet benevolentiae et conciliandae mihi gratiae illius) non sit longe iucundissimum futurum.

Cuius me gratiae et benevolentiae Regiae toto pectoris et mentis mei affectu iterum atque iterum commendo. Datae in arce Rigensi XV Februarii anno Domini M.D.LXII.

u) Serenissimae Maiestatis Vestrae
Servitor
Nicolaus Radziwil v)

In margine superiore alia manu: XV Februarii 1562. Litterae officiosae Radzevilii.

In dorso: Serenissimo Principi et Domino Domino Friderico, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

u)-v) *Manu propria.*

N. 48.

Hafniae, 6 Aprilis 1562.

*Achatius Czema [nomine Sigismundi Augusti]
ad Fridericum II regem Daniae;
oratio in legatione habita.*

*(Orig. extat etiam in Archivo exemplar huius documenti.)
T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Instructio legationis ad Serenissimum Daniae Regem Generoso Achatio Czema, secretario et aulico regio, data.

Posteaquam dominus orator praemiserit ea, quae attinent ad dicendam salutem et declarandam benevolentiam Maiestatis Regiae erga Serenissimum Regem Daniae, in hanc sententiam verba faciet:

Serenissime Rex. Non dubitat Maiestas Regia Poloniae, Dominus meus clementissimus, habere Serenitatem Vestram cognitam et plane exploratas eas calamitates, quibus per hos aliquot annos nobilissima olim Livoniorum provincia ab infestissimo hoste, Principe Moschoviae, sit vexata et quam etiam nunc in extremo prope versetur discrimine.

Nam post acceptas plurimas clades, post agros devastatos, rura et oppida direpta ac inflammata, post abactas ingentes omnis generis praedas et infinitam prope hominum multitudinem in miseram servitutem abductam, post tot horrendas suorum caedes ac funera, occupatis etiam ab hostibus opulentissimis urbibus, arcibus quoque et portibus munitissimis, partim per vim expugnatis, partim per prodicionem captis ac infinitis aliis malis exhaustis, nec dum etiam misera Livonia respirare viresque suas potest colligere ad propulsandam vim truculentissimi et atrocissimi hostis.,

Qui quidem hostis, rebus hactenus prospere gestis et fortunae vento sublatus, neque dum cruore et calamitatibus Livoniorum saciatus, dies noctesque nihil aliud cogitat nullaque alia in re omnes suas curas et cogitationes consumit, quam ut primo quoque tempore quod reliquum est Livoniae opprimere suaeque libidini subiicere possit. Quam ille in rem incubuit toto pectore, non modo fretus viribus suis et apparatu bellico, quem continue maximo studio comparat, non potentia tantum et opibus ac copiarum multitudine, quibus imprimis abundare videtur, verum etiam astucia et artibus suis confisus et Livones circumvenire et vicinis Principibus illudere conatur.

Atque ea quidem de causa etiam quosdam Reges et Principes praehensare et per speciem simulatae benevolentiae nova amicitia ac societate ad se pellicere conatur eo, si diis placet consilio, ut Livonia primum omnium ope destituta atque illius praedae exposita minori negotio et impendio in potestatem eius perveniat. Deinde ut ea subacta ac plane in servitutem redacta, alias deinceps vicinas regiones pari scelere adoriatur. Neque dubium est, quin hac de causa nuper ille (quod Serenitatem Vestram audivisse arbitror) uno fere et eodem tempore ac Maiestatis Regiae, Domini mei clementissimi et Serenissimi Sueciae Regis, amicitiam et affinitatem appetere visus est, eaque de re illustres legationes ad utrumque Regem miserit.

Quod cum non obscurum esset Illustri et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi et Reverendo ac Magnifico Domino Magistro Livoniae, quibus artibus Princeps Moschoviae circumvenire eos cupiat et quanta amentia ac ferocitate feratur in eorum perniciem et in ultimum exitium universae Livoniae, circumspectis omnibus rationibus ac viribus suis exploratis, cum intelligerent se esse longe impares tantae potentiae, implorarunt opem Christianorum Principum eorumque inprimis, quibus cum Livoniae proceribus atque adeo universae Livoniae antiqua necessitudinis et societatis ac communium foederum iura intercesserunt. Qua in re declaraverunt primum, quantum ex potentia Moschorum Principis et ex calamitate Livoniae immineat periculi, non modo omnibus Septentrionalis Oceani accolis, verum etiam totius fere Europae Principibus. Docuerunt deinde ab ea coeli plaga magnas saepe et validas barbarorum copias olim in universa Europae Regna impressiones fecisse, nec finiti-

mos tantum populos ab iis esse vexatos, sed potentissimos quosque Reges, maxima imperia ab iis eversa et plane conculcata, ad extremum etiam omnium quotquot unquam fuerunt potentissimum ac florentissimum Romanum Imperium ab hac hominum coluviae²⁾ paulatim primo attritum et conquassatum, postea vero continuis cladibus et excursionibus ita debilitatum ac plane prostratum esse, ut nunc ad ultimam prope interneconem redactum nomen inane tantum et umbram veteris Imperii prae se ferre videatur.

Haec atque alia eius generis exempla perferebantur ab Illustri et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi et Reverendo ac Magnifico Domino Magistro Livoniae, ad flectendos Principum animos, nec vetera tantum Gottorum, Hunnorum, Alanorum aliarumque barbararum gentium portenta et quasi instrumenta irae divinae commemorabantur. Verum etiam recens Tartarorum et Turcarum potentia proponebatur ad oculos Principum Christianorum, ut his rebus permoti non modo Livoniae misericordia tangerentur, verum etiam sibi ipsis, visceribus suis, parentibus, coniugibus ac liberis, denique universi Orbis Christiani libertati prospicerent, exploratumque haberent, cum omnes paulo ante commemoratae gentes ex ea mundi parte, a parvis primo incrementis originem traxissent et maximis postea viribus et copiis auctae magnam attulissent perniciem universae Europae, nemini dubium esse debere, quin haec septentrionalis mundi plaga fatalis esse et infesta universo Orbi Christiano videatur.

Sed haec et alia in eandem sententiam a proceribus Livoniae ad Principes Christianos suppliciter perlata tam neglecta sunt ac plane contempta, ut misera Livonia spe sua frustrata, ac omni humana ope destituta, quid agendum et qua ratione tam atrox bellum propulsandum sit, inops plane hactenus consilii et auxilii fuisse³⁾ videretur. Nam quod attinet Maiestatem Regiam, Dominum meum clementissimum, hactenus quidem aperto Marte et omnibus viribus opem illi ferre non potuit, tum propter inducias et iurisiurandi religionem, quae illi cum Principe Moschoviae ad hoc usque tempus intercesserat, tum etiam quod de conditionibus auxiliorum, adverso quodam Livoniae fato, Maiestati eius cum primoribus Livoniae convenire hactenus non potuit, functa tamen est Maiestas Sua in ea re officio et boni vicini et pii ac Christiani Principis, quod miserata calamitatum vicinae provinciae, sibi que multis maiorum suorum beneficiis obstrictae, et arces quasdam ipsius praesidio suo firmavit, quae etiam hactenus immunes sunt a violentia hostium, et non pauca mercenariorum militum milia ad arcendam hostium vim, intra fines Livoniae habuit hactenusque habet non sine magna aerarii sui iactura, neque vero consiliis suis Maiestas Sua Livonibus defuit, quae si illi potius sequi, quam quorundam vafrorum sibi que praesidentium hominum hortatu duci maluissent, Livonia nunc etiam staret prope modum salva et incolumis, neque tot munitissimae arces et opportunissimi portus in potestatem hostium concessissent, si enim praesidia Maiestatis Regiae in omnes finitimas Livoniorum arces recepta fuissent, quod Maiestas eius iam inde ab inicio Moschovitici belli censuerat, hoc uno consilio omnes arces tutae ab insidiis hostium retentae fuissent, quo nunc pauculae quaedam, neque hae satis aut arte aut natura loci munitae tenentur, in quibus sunt Maiestatis Regiae praesidia collocata.

Verum ea quae praeterierunt, facilius reprehendi possunt, quam corrigi. Nunc autem cum iam et tempus praeterit, ad quod pactae erant induciae Maiestati eius cum Duce Moschoviae, et de conditionibus

ferendi auxilii Maiestati eius cum omnibus proceribus Livoniae venit, Maiestas eius in eam curam incubuit atque hac una in re animo et cogitatione intenta est, ut nisi Princeps Moschoviae resipuerit, et vel Livonia excesserit, vel aliquas saltem ²⁾ tolerabiles conditiones acceperit, Maiestas Regia Dominus meus, freto Divino Numine, quantum viribus, opibus et copiis militum valet, id omne in salutem Livoniae conferendum censeat, cuius rei gratia congressa nuper Maiestas Sua cum Senatu Regni sui Poloniae et eius unius negotii causa conventu Regni edicto, ipsa prope in Lithuaniam rediit, ut comparatis omnibus rebus, quae apparatus bellicum attinent, ipsa per se cominus rebus Livonicis prospiciat.

Qua quidem etiam de causa Maiestas Sua Regia me ad Serenitatem Vestram misit, quod ad eam perlatum sit certis quibusdam auctoribus Serenitatem Vestram inter alios Reges Christianos a Principe Moschoviae ad novam amicitiam sollicitari, ultroque illi ab eo deferri vel inducias ad tempus, vel si placeat, perpetuum foedus et amicitiam, qua ex re quantum periculi impendeat non modo Livoniae, Prussiae et caeteris finitimis provinciis, verum etiam Regno et dominiis Serenitatis Vestrae, facile Serenitatem Vestram pro sua singulari prudentia intelligere vel ex eo, quod superius commemoravi, Maiestas eius existimat, neque enim hoc propensione amoris et benevolentiae in Serenitatem Vestram, aut alio consilio a Principe Moschoviae geritur, quam ut temporis et cupiditati atque libidini suae serviat.

Quas ob res Maiestas Regia Serenitatem Vestram vehementer etiam atque etiam orat, ne id in animum suum inducere sibi que persuaderi patiatur, ut hoc difficili Livoniorum tempore aliquam societatem cum Moschovitis ineat, id enim et pietati Christiani Principis et existimationi illius et commodo et utilitati vehementer adversatur. Proponit quidem fortasse Moschus Serenitati Vestrae aliquas conditiones, quae speciem praesentis alicuius utilitatis habere videntur, sed si eas conditiones, Serenitas Vestra attentius consideraverit et non in praesentaneum tantum commodum, sed etiam in longinquiora tempora animo atque oculis mentis prospexerit, denique si officium quoque pii et christiani Principis respexerit et quid illam in hoc genere deceat, et cui plus Moschovitisne an Livoniis debeat profecto reperiet Serenitas Vestra vehementer hoc totum negotium pugnare non modo cum utilitate Serenitatis Vestrae, verum etiam cum honestate et boni viri officio.

Haec Maiestas Regia, Dominus meus clementissimus, et pro pietate sua ac debito officio in Christianam religionem et pro amore ac benevolentia singulari in Serenitatem Vestram me illi nuntiare, illamque uti prudentem, pium Christianum atque excelso ac plane regio praeditum animo Principem, rogare iussit, ut si etiam ex Moschorum amicitia et societate aliquid emolumenti ad eam pervenire videatur, ne Serenitas Vestra plurius utilitatem privatam, quam communem non modo Livoniae, sed multorum vicinorum regionum salutem, et quam existimationem suam hactenus illibatam et omni genere laudis apud omnes nationes florentem facere velle videatur.

Haec enim est potissima causa, propter quam Reges ad tantum dignitatis fastigium a Deo collocati sunt, ut magis publicae omnium commoditati, quam privatis suis rebus consulant et talentum sibi a Deo creditum ita tractent, ut et inter homines ad multas saeculorum

aetates memoria eorum sit celebris et maximis ob eam rem a Deo, remuneratore omnium bonorum, praemiis et honoribus decorentur.

Et quanquam Maiestas eius Regia, Dominus meus clementissimus, facile intelligat Serenitatem Vestram ea esse prudentia, ea virtute praeditam, iis etiam abundare consiliis, ut nullis cupiditatibus frangi, nullis perversorum hominum artibus de recta sententia deturbari se patiat; tamen quoniam Maiestas eius et propter vicinitatem et propter multa ac varia negocia, quae Maiestati Suae et eius Maiestatis maioribus cum Ducibus Moschoviae intercesserunt, et quorum sunt pleni annales nostri, probe callet sensus Moschovitarum, eorumque omnia consilia perspecta habet, et plane explorata, facere non potuit pro sua summa in Serenitatem Vestram benevolentia et pro bono publicae Christianorum tranquillitatis, quin de iis rebus per me, Oratorem suum, cum Serenitate Vestra summo studio ac diligentia ageret.

Hoc etiam adiecto, ut si Serenitas Vestra hoc a se impetrari patiat, quod et aequissimum est et iure optimo debetur a Maiestate Vestra Christianis Principibus, suis praesertim vicinis, ut se potius cum Maiestate Regia Domino meo coniungat ad ferendam opem Livoniae et communibus viribus propulsandum ab ea atrox periculum, quam ut cum Moschoviae Principe aliqua pacta et foedera ineat ad opprimendam Christianam provinciam, quod longe alienum est a professione et officio Regum Christianorum, profecto Serenitas Vestra et sibi et dominiis suis optime consulere et officio Regis Christiani praeclare fungeretur et Maiestatem Regiam Domini mei pariter cum omnibus Livonibus in perpetuum sibi hoc beneficio obstringeret, et per omnem Christianum orbem maximis laudibus et praeconiis Serenitas Vestra celebraretur. Quod ut non gravatim Serenitas Vestra faciat opemque salutarem supplici et afflictae Livoniae ferat, Maiestas Regia Dominus meus per me, Oratorem et subditum suum, vehementer etiam atque etiam orat speratque id a Maiestate Vestra, Principe pio et plane Christiano, non gravatim esse impetraturam.

Quod si id, uti Maiestas Sua sperat et optat, Maiestas Vestra a se impetrari patietur, quod reliquum est ad salutem Livoniae vehementer necessarium, id se facile putat Maiestas Regia a Serenitate Vestra impetraturam.

De permutatione videlicet Episcopatus Curoniensis pro Sunniberga cum Illustri Principe Domino Magno, ut id bona voluntate et assensu Serenitatis Vestrae Illustrissimo Principi Domino Magno facere liceat, quandoquidem haec permutatio fuerit et citra incommodum Illustritatis Suae et ad firmitatem Livoniae peropportuna, qua in re, ne se Maiestas Vestra duriorem praebet idque praecibus et intercessioni Maiestatis Regiae Domini mei concedat, Maiestas Sua Serenitatem Vestram maiorem in modum rogat. Maiestas Sua invicem quibuscunque rebus Serenitati Vestrae morem gerere poterit, in iis illi semper est gratificatura.

In dorso alia manu: Domini Achatii a Czema oratio habita Haffniae 6 Aprilis, anno 62.

Item alia manu: D.Po[len]

a) *Verbum:* fuisse additum supra lineam.

z) sic in ms.

N. 49.

Vilnae, 26 Iunii 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum II regem Daniae
litterae credentiales pro Remperto Gilsemio.*

(Orig.,) sig.)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi et Domino Friderico Secundo, eadem gratia Danorum etc. Regi etc., Fratri et Affini nostro charissimo, salutem plurimam et perpetuae foelicitatis continua incrementa.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Affinis noster charissime.

Hunc nobilem et egregium Rennpertum Gilsemium, iuris civilis doctorem, secretarium nostrum, fidelem nobis dilectum, ad Serenitatem Vestram legatum ablegavimus. Postulamus itaque, ut ei faciles aures tribuat et quae nostro nomine apud Serenitatem Vestram egerit, non aliter fidem dictis adhibeat, atque nobis ipsis, si coram eam alloqueremur. Cupimus tandem Serenitatem Vestram firma valetudine et florenti foelicitate perfrui, nosque etiam illius fraterno amori et benevolentiae commendamus. Datum Vilnae XXVI mensis Iunii anno Domini M.D.LXII, Regni vero nostri XXXIII.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

*) Cfr. in Elementa IX, N. 16 litteras eiusdem ad eundem ex eadem die ad secretiorem legationem pertinentes.

N. 50.

Vilnae, 26 Iunii 1562.

*Nicolaus Radziwiłł
ad Fridericum II regem Daniae
Rempertum Gilsemium ex officio magni cancellarii commendat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacrae et Serenissimae Maiestatis Vestrae manum summa cum veneratione exosculor.

Deditissimaeque mentis meae studia et obsequia ac omne genus venerationis et observantiae Serenissimae Regiae Maiestati Vestrae perquam reverenter defero. Cum Serenissimus Rex meus ad Serenissimam Regiam Maiestatem Vestram hunc oratorem suum ablegaret, egregium Dominum Reimpertum, iuris civilis doctorem, mei officii esse putavi

non eum absque meis litteris vacuum ad Maiestatem Vestram Serenissimam dimittere, pro eo enim ac iam ante nomen Maiestatis Vestrae Serenissimae venerari atque colere incepti, nihil equidem magis in votis habeo, quam omne genus studii, officii et obsequii mei per quamcunque occasionem Serenissimae Regiae Maiestati Vestrae probare, praesertim cum ad id accedat singulare favoris et benevolentiae Regiae Maiestatis Vestrae erga me testimonium, quod erga me proxime in litteris suis per Magnificum Dominum Achatium de Czema Maiestatis Regiae oratorem missis declarare Maiestas Vestra dedignata non est, quo nomine equidem non mediocriter mihi tum gaudebam, nunc vero eidem Maiestati Vestrae perquam officiosas habeo agoque gratias pro tam illustri animi et voluntatis Maiestatis Vestrae in me propensione, quam illae ipsae litterae erga me spirare visae sunt. De me etiam porro, quod partium mearum est, velim sibi Serenissima Regia Maiestas Vestra omne id persuadeat atque polliceatur, quod de homine sibi penitus deditissimo obligatissimoque persuadere debet, ac propterea offitiis et obsequiis meis, si cuius usus hic esse possunt, pro mero arbitrio et beneplacito suo utatur. Si quidem nihil tam erit difficile, quod mihi pro nomine et ad mandatum Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae susceptum non sit longe iucundissimum futurum. Quod restat, iterum atque iterum me favori, gratiae et benevolentiae Regiae perquam obsequentissime commendo. Datum Vilnae XXVI Junii Anno Domini M.D.LXII.

Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae.

u) Servitor
Nicolaus Radziwil.v)

In dorso: Serenissimo Principi Domino Domino Friderico, Dei gratia Daniae etc. Regi.

u)-v) *Manu propria.*

N. 51.

s.l. [1562]

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum II regem Daniae;
instructio ad legationem Remperti Gilsemii.*

(*Exemplar.**)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ea, quae Legato Maiestatis Regiae Poloniae Serenissimo Regi Daniae explicanda commissa sunt.

Principio dominus Orator nomine Maiestatis Regiae Poloniae Serenissimo Regi Daniae, fratri et amico suo, plurimam salutem dicet et continuatae foelicitatis perpetuum incrementum comprecabitur. De amore vero et benevolentia perquam propensa et officiosa Maiestati illius prolixè verbisque honorificis pollicebitur.

Deinde explicabit, quod a reverso a Sua Maiestate Oratore, Generoso Achatio de Czema, iucundum Maiestati Regiae admodum accidisse, quod Serenissimus Daniae Rex pro officio Principis Christiani condoleat calamitati vicinae provinciae Livoniae, infestissimis Moschorum armis per multos annos divexatae, quodque vicinum hoc malum pro suo reputet.

Deinde quod pro eodem officio pii Regis Christiani summo studio in id incumbat, ne quid per bellicos tumultus saluti publicae decedat, et propterea cum Moschorum Duce nullum foedus et societatem constituere haberet in animo, praeterquam nudam pacem ex parte Regni sui Norvegici, nullius cum iniuria aut periculo coniunctam. Quod quidem Maiestatis eius salutare et Christianum institutum Serenissimus Rex Poloniae non potest nisi benigne prosequi laudareque Maiestatis eius prudentiam et de non appetendis alienis animi moderationem et iusticiam, tum in Rempublicam Christianam vere Regium affectum, dum in eodem responso suo benigne polliceri^{a)} dignatur, si quid in posterum ad tranquillitatem publicam componendam opus facto²⁾ videretur, non se publicis rationibus defuturam. Ac eam ipsam causam esse dicit Legatus novae istius Legationis ad Serenissimum Regem Daniae hoc tempore destinatae. Cum enim hanc tranquillitatem Rex Sueciae Ericus in perniciem et ruinam vix unquam reparabilem harum septentrionalium regionum novo et inaudito inter Reges Christianos exemplo vehementer perturbasset, ac ea perturbatio non ad Livoniam modo, sed et ad reliqua Christiana Regna, ac imprimis ipsum Regnum Daniae tanquam vicinum pertinere Serenissimus Rex Poloniae existimaret, faciendum sibi esse putavit, uti se haec negocia habeant, coram illius Serenitate explicare. Ac hoc loco legatus narrationem rei, uti se habet, persequetur, nempe quod cum videret Rex Ericus Sueciae, quantis cladibus Livonia a Moschorum Duce annis superioribus affecta esset, quodque viribus, opibus exhausta, commeatu et aliis ad vitae usum necessariis penitus exinanita; non ignorat etiam Maiestati Regiae foedus cum Moscho ex parte Magni Ducatus Lithuaniae expirasse, audiret quoque Moschum summis viribus bellum in Maiestatem Regiam ex Livonia in Lithuaniam transferre, iamque et predas agere et incursiones in Magnum Ducatum Lithuaniae ex Moschovia fieri; Regiam quoque Maiestatem ad resistendum hosti copias suas Lithuanicas eduxisse, in Livonia vero non numerosum exercitum Regium restare; tanquam opportunissimam occasionem rei gerendae nactus, copias suas ex Revalia educit, quas ante ibidem in Livonia sub praetextu inferendi Moscho belli et ineundae armorum societatis cum Regia Maiestate conscripserat, et ex Revalia progressus cum tormentorum bellicorum apparatu in eam partem Livoniae quae immediate dominio Maiestatis Regiae paret, copias suas deducit omniaque ibi hostilia contra Maiestatis Regiae subditos per exercitus suos tentat, Civitatem et arcem Pernoviam maritimam terra marique obsidione cingit, intercepti commeatum in mari, qui Pernoviensibus ex Riga per administratos Maiestatis Regiae suppeditabatur; et cum tertio quartove vi tormentorum oppugnasset, non tam vi quam proditione quorundam perfidorum capit et occupat; praesidiarios Maiestatis Regiae Pernoviensibus opem ferre satagentes non sine sanguine reprimat. Atque ita se apertum hostem Maiestatis Regiae et provinciae Livoniae declaravit, tum et societatem armorum cum Moschorum Duce contra miseram et afflictam provinciam haud dubie inivit, admodum difficili tempore Maiestatis Regiae bello cum Moscho implicatae, nulla ante hostilitate Maiestati

Regiae denunciata, nulla etiam unquam ab illa lacessitus iniuria, contra faeciale et omnium gentium ius, indicta causa, bellum Maiestati Regiae in ipsa Livonia intulit.

Cuius autem hostilitatis et infesti animi probe sibi conscia est Maestas Regia nullam se Regi Erico dedisse causam, nam tametsi Revaliam et paulo post monasterium Padim, praesidiis Maiestatis Regiae firmatas,²⁾ nescitur quo iure quave iniuria, ante invasisset, et haberet alioquin satis causae Maestas Regia eius iniuriae persequendae, tamen ne se duplici bello implicaret, neve provinciae Livoniae ruinas et calamitates per mutuam Christianorum Regum inter se contentionem auget, hostis vero Moschi audaciam in communem perniciem fovere videri posset, non modo condonandum hoc censuit publicae tranquillitati, sed omnem suam actionem pro officio Regis Christiani ad pacis et salutis publicae scopum in tota hac actione dirigendam. Cum non ita pridem Illustris Princeps Finlandiae, Erici Regis frater, sororis Maiestatis Regiae matrimonium appeteret, ac hoc ipsum negocium Rex scriptis literis et misso peculiari intermissione sua promoveret, non censuit id illi Maestas Regia recusandum esse, ut hac affinitate constituta de illius amicitia certior redderetur et ad societatem armorum contra Moschum pro afflictissima provincia invitetur²⁾ ille. Qua quidem illius amicitia atque sua fretus fiducia, Serenissimus Rex nil minus sperabat, quam novam hanc hostilitatem, adeo ut solem prius cursum suum sibi divinitus attributum derelicturum esse iudicaverit, quam ut Rex Christianus, sibi vero amicus et ad affinitatem aspirans, a veteri amicitia discedere et ab officio Christiani Regis alienum quid attentare debeat, nedum alienam possessionem invadere, per tot annos, maximo labore, ingenti sumptu, necnon periculis et copioso effuso sanguine suorum per Maestatem Regiam a Moscho in hanc usque diem defensam, propter quam etiam Maestas Regia sese bello cum Moscho gravissimo et difficillimo implicavit. Quinimo dum Livoniis fessis, exhaustis et pene protritit consulere vult, universam belli molem in se et dominia sua haereditaria derivavit, ut illa pars interim a bello et calamitatibus publicis respiraret, sicut haud dubie respirasset, et potuisset in utraque provincia, Lithuania scilicet et Livonia, res ex utilitate et salute publica contra Moschum geri, si intempestivis armis suis Rex Ericus Maestatem Regiam a salutari et necessario instituto non retardasset. Quo quidem in facto tametsi multa indigna sunt,^{b)} quae et exaggerari possint et ab omnibus hominibus, quicunque cum virtute, cum officio et publica honestate aliquid commercii habent, merito detestantur. Quid enim facilius et quid etiam ignominiosius, quam sub praetextu amicitiae et affinitatis ineundae fallere? Sed nihil indignius, Christiano vero Orbi et his regionibus periculosius, quam quod potentiam Moschovicam confirmat et stabilit Ericus Rex et effrenem illius audaciam contra Christianos populos accendit, quam merito una^{c)} cum toto mundo detestari et profligare debebat, tanquam eius, qui nihil aliud in hac plaga septentrionali quam terrestrem pyratam praedonemque agit, sanguine, flammis et cineribus miscens omnia, et nihil aliud noctes et dies meditans, quam ut Reges et Principes Christianos coarctet, siquidem illorum iura, leges, libertates et reliqua Christiana instituta homo ferus et barbarus detestatur; religionem vero, quam et haereticam esse censet, abominatur, ac propterea nulla unquam cum illo certa et stabilis pax constitui potest. Et tamen eius potentiam Ericus in perpetuum excidium et occasum huius provinciae, reliquarum

vero magnum periculum et discrimen stabilit, tametsi illi **Maiestas Regia**, pro eo ac alieni minime est appetens, Civitatis Revaliensis et Ducatus Estoniae, necnon reliquae provinciae, quae Moschorum armis oppressa est, dominium non invadebat et nihil magis exoptabat, quam ut aliquis Regum Christianorum communem opem pro salvanda et asservanda Livonia contra Moschum adferat, sicut nec nunc aliud exoptat magis, quam ut vel Serenissimus Daniae Rex vel ipsemet Ericus Sueciae ad saniora consilia revertens, arma contra Moschum una cum Regia Maiestate sumere velit, modo Livonia liberetur, servetur et permaneat penes Reges et Principes Christianos, Moschovitici vero furores ita reprimentur, ut nulla illis deinceps invadendae huius provinciae adferatur opportunitas, a reliquis quoque ditioribus Maiestatis Regiae insolentissima eius crudelitas repellatur. Ad quam equidem repulsionem Serenissimus Rex Poloniae Serenissimum Regem Daniae, tanquam vicinum et opportunum Regem, amanter propter salutem Reipublicae invitat.

Non ignorat enim Serenissimis Regibus Daniae competere ius hereditatis ad Revaliam et Ducatum Estoniae, quod cum Rex Ericus nullo iure, mera vero dominandi libidine actus, in utriusque, tam videlicet Serenissimi Regis Daniae quam Ordinis Magistri, magnum praedictum et gravem iniuriam invasisset, idque iisdem ipsis artibus, quibus nunc Pernoviam invasit, credit omnino ac plane confidit Serenissimus Rex Poloniae Serenissimo Regi Daniae id quoque cum primis dolere, invadi videlicet et praeripi sua sibi et ab eo usurpari, qui nullo iure ad id suffultus est. Et meminit alioquin eius protestationis, quam Serenissimus Rex Daniae per suos legatos apud Magistrum Ordinis de occupata Revalia anno superiore fecit; quam etiam confidit non contra Magistrum Ordinis, sed contra Regem Ericum factam esse. Quid enim attineret contra inique spoliatum, deturbatum et exutum longe optima et amplissima possessione? Cur non potius contra spoliatorem, invasorem alienae hereditatis et deturbatorem iniquum? Ut enim hoc multo alienum esset ab officio Christiani Principis violentis spoliatoris iniquas machinationes approbare, ita vere muneris Regii est ei, qui ex amplissima possessione, nulla sua culpa, profligatus, exutus et eiectus est, non ²⁾ commisereri, praesertim cum occupator non publicam huius maritimae orae tranquillitatem, non repulsionem iniquorum armorum Moschoviticorum, sed compendia sua pro mera libidine dominandi quaerit. Tametsi enim mox ab invasa et occupata Revalia factum suum specioso pallio obtegere semper nitebatur, et scriptis hinc inde litteris in vulgus spargi curavit, quod non modo bono, sed etiam laudabili consilio Revaliam possederit, nempe ut obviam iret potentiae Moschoviticae, ne ex vicinia illius Regno periculum impenderet a Moscho, si ille Revalia potiretur. Quam autem vera fuerit haec asseveratio, quam cum veritate congruens praetextus, res ipsa tacentibus omnibus loquitur. Biennio enim iam cum possideret Revaliam, ac eo ipso biennio Serenissimus Rex Poloniae Moschoviticis furoribus exercitus suos in media Livonia opposisset et defendisset totis viribus, Rex vero Ericus quid horum toto hoc biennio fecit? misit hinc inde epistolas et exploratores, quibus ad defectionem populos sollicitabat, pecunia et clandestinis largitionibus corrumpebat perfidos et turpis lucri cupidos, in defensionem vero Livoniae contra Moschum ne pilum quidem auxilii attulit, sed erumnas et calamitates illius provinciae per dismembrationem unius membri a

reliquo corpore auxit. Fuit vero ociosus spectator tristis huius et lugubris tragediae, quae inter Moschum et Serenissimum Regem Poloniae pro Livonia maximo belli et armorum fremitu apparatuque gerebatur. Facere itaque non potuit Serenissimus Rex Poloniae, quin istas indignitates, invasiones, spolia, sollicitationes ad defectionem, pecunia et largitionibus corruptiones, et iam non occultas, sed apertas hostilitates, occupationes et violentas oppugnationes expugnationesque apud Serenissimum Regem Daniae silentio praeteriret. Idque fretus et sua iusticia et Serenissimi Regis Daniae aequitate, qui haud dubie exosas habebit et detestabitur eiusmodi technas, quibus Rex Ericus in communem perniciem Christianitatis et ad constabilienda scelerata arma Moschovitica utitur. Alioquin certior et multo fidelior erit amicitia cum Thurcis atque Tartaris, qui religionem in fide statuunt, quam cum Regibus Christianis, si ad eum modum contra omnium gentium ius, indicta causa, non denunciata hostilitate, nulla etiam lacessitus iniuria, simulato amicitiae maiorisque necessitudinis contrahendae praetextu, bellum inferre liceat, invadere et occupare alienam possessionem et nullam habere rationem publicae calamitatis huius miserae, afflictae provinciae, pro cuius liberatione contra insolentissima Moschorum arma communem potius opem adferre et tanquam ad publicum incendium restinguendum accurrere Rex Christianus deberet. Id, quod equidem et nunc et in posterum totus mundus mirabitur et monstrosa fabula fiet Suedicum inceptum apud totum Christianum orbem. Cum autem Serenissimus Rex Daniae in Livonia fratrem habeat, Illustrissimum Dominum Ducem Magnum, non minus ad illum periculum ex occupatione Livoniae, quam alia Christiana Regna pertinere haud dubie existimabit. Meminit enim Serenissimus Poloniae Rex, quid pro eodem Illustri Domino Duce Magno, in Osiliam se primum conferente, Serenissimus Rex Daniae in illius commendationem ad se scripserit. Cuius commendationis respectu existimat se Serenissimus Rex Illustritati eius omnia benevoli Regis et amici officia exhibuisse: de componenda controversia inter Suam Illustritatem, Monasterium Padis petentem, et Magistrum Ordinis sollicitudinem habuisse, dehortasse²⁾ a civilibus contentionibus et ad societatem armorum unionemque virium contra Moschum invitasse; favisse etiam uberiorem accessionem in Livonia et commutationem Soneburgii pro Episcopatu Curoniae Ordinis Magistro suasisse; simul autem atque in ea re per legatum suum, Generosum Achacium de Czema, voluntatem Serenissimi Regis Daniae intellexit, traditionem eiusdem Soneburgiae Illustri Domino Duci Magno, mox ad Illustritatem eius scriptis litteris, consuluisse. Quod haud dubie non faceret Rex, si sua tantum compendia in Livonia quaereret, et nunc etiam eiusdem esse Serenissimum Regem animi, si quid porro, quod Moschorum et iam etiam Suedorum armis occupatum est, communibus socialibusque viribus et armis recuperatum fuerit. Ideo eius rei Serenissimum Regem Daniae per Oratorem suum commonefieri voluit idque memor illius, de qua supra dictum est, protestationis, si quid per hanc occasionem pro recuperatione haereditarii iuris sui in Revaliam et Estoniam tentare vellet, quemadmodum de hoc publicus rumor spargebatur. Aut si ferre posset potentiam Suedi in Livonia crescere, Serenissimus Rex Poloniae tanquam gravi ab Erico lacessitus iniuria, cupit societatem cum Serenissimo Rege Daniae et Illustri Domino Duce Magno contra Ericum inire, quemadmodum haud dubie

ille cum Moscho contra Regem Poloniae iniit; vel si Serenissimus Rex Daniae negligere omnino ius suum ad Ducatum Estoniae statuat, vel de eo cum Sueco, uti ab illo iactatur, transegit, ut se plane et perspicue ea in re Serenissimo Regi declaret. Eo enim intellecto, tum demum poterit recte, citra ullam Serenissimi Regis Daniae et Ducis Magni offensionem, rationes suas pro suo et Reipublicae Christianae usu utilitateque dirigere. Clara enim responsa, sicut et clara pacta, claros et minime ambiguos faciunt amicos.

Nec abs re videtur commemorandum, quod ab occupata Pernovia rumorem in vulgus spargi curavit Rex Ericus Serenissimum Regem Daniae non modo non²⁾ approbare suam illam certe impiam et iniquam ad Pernoviam expeditionem, verum ipsammet Maiestatem Regiam Daniae adornasse etiam classem eamque in mari expeditam habere, viginti quatuor triremium, quam in diversam provinciae partem, nempe ipsam Curlandiam, deducere habeat in animo et illam bello infestare. Quod etsi nedum credibile, sed pene impossibile Maiestati Regiae videbatur, quod a tam iusto et moderato Rege, sibi vero amico, extra culpam et iniuriam hostile quid impendere debeat; intellexitque facile, quod isto pallio Rex Ericus sua perduellia arma, iniquissimo Reipublicae tempore sumpta, obtegere voluit, et ut populis terrorem et hominibus ad defectionem animum adderet, atque ita, antequam Rex Daniae expergisceretur, Poloniae vero Rex bello cum Moscho occupatus est, rebus suis in Livonia consuleret. Id autem an sit e re futurum Serenissimo Regi et Regno Daniae, expendendum reliquit Serenissimus Poloniae Rex, habitis potissimum in conspectu artibus et technis Regis Erici, qui nunc sub specie amicitiae et affinitatis ineundae Maiestati Regiae Poloniae inopinatum et impium certe bellum intulit. Ad cuius repulsionem Serenissimus Rex Poloniae Serenissimum Regem Daniae, uti supra dictum est, invitat, salvis, si ita Suae Maiestati videbitur, cum Moschorum Duce foederibus.

Porro si quid de controversiis inter Regem Ericum et Curlandiae Principem Oratores interrogati fuerint, ad eum modum respondebunt: scripsisse quidem ante aliquot menses Ericum ad Maiestatem Regiam et conquaestum fuisse de Ordinis Magistro, et aliis superioribus Magistris, de certis quibusdam iniuriis, quem propterea bello impetere statuat, nisi se ille de obiectis criminibus iustificet; hic vero innocentiam suam litteris explicat et ordinariae cognitioni se offert. Maiestas quoque Regia Regi Erico de vasallo et cliente suo ius dicere et iusticiam administrare liberaliter promisit; id quod postmodum praetermisit Rex Suecus et praetermittit alto silentio, vim vero armatam non ipsi Ordinis Magistro nec illius dicionibus,²⁾ sed ditionibus Maiestatis Regiae, quae immediate illius imperio parent, intulit et excitavit bellum, quod illi apud totam posteritatem multo ignominiosissimum et exiciale (si modo Deus perfidiam et impietatem inultam non sinit) est futurum.

Reliqua prudentiae et dexteritati Oratoris remittuntur.

Alia manu: Legatio Danica Domini de Rumperto Doctoris.^{d)}

a) *In margine additum.*

b) *in ms. sont*

c) *in ms. uno*

d) *lectio incerta*

z) *sic in ms.*

*) *Cfr. N. sequentem.*

Hafniae, 26 Augusti 1562.

*Rempertus Gilsemius (nomine Sigismundi Augusti)
ad Fridericum II regem Daniae;
oratio, in qua de Erico XIV rege Sueciae conqueritur.*

(Exemplar.) Extant alia duo huius documenti exemplaria).*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Post salutationem.

Postquam Serenissimus Rex Poloniae, Dominus meus clementissimus, ex reditu simul atque relatione Oratoris atque fidelis sui, Generosi Achatii de Czema, intellexisset Maiestatem Vestram pro officio Christiani Principis summopere condolere calamitatibus vicinae provinciae Livoniae, iam aliquot annos infestissimis Moschorum armis ad excidium propemodum divexatae, quodque vicinum hoc malum pro suo quoque reputandum non immerito duxerit. Quare ut Vestra Maiestas verissimam pietissimi Principis, imaginem Dei referentis, exemplar erga Christiani nominis vicinos populos significantissime repraesentat, ita non potuit hoc responsum non iucundissimum gratissimumque Suae Maiestati obtigisse.

Hic sequitur textus instructionis quasi verbatim (cfr. N. praeedentem). Deinde explicit oratio his verbis:

Utrum vero hoc ex usu Serenissimae Vestrae Maiestatis horumque Regnorum futurum, Sua Maiestas Vestrae Serenissimae Maiestatis amplissimorum Regnorum suorum Senatui expendendum reliquit, habitis potissimum in conspectu ipsius Erici artibus atque machinationibus, quibus Suae Maiestati plane inopinatum, iniustum atque funestum bellum intulit.

Qui postquam summa cum malevolentia atque temeritate res duas sanctissimas, amicitiam scilicet atque fidem, violavit, itaque ut perditissimum est amicitiam dissolvere et fallere eum, qui laesus non esset, nisi credidisset, ita Serenissimus Rex Poloniae sibi honestissimum fore existimat, si Dei adiuvante gratia (qui omnis falsitatis atque perfidiae certissimus Vindex est) hanc iniuriam quantis posset viribus propulset atque repellat.

Ad quam propulsionem Serenissimus Rex Poloniae Vestram Serenissimam Regiam Maiestatem, quemadmodum et antea per me factum est, amanter iterum atque iterum invitat. Serenissimus vero Rex se vicissim ad quaevis mutui amoris officia adque reciprocae benevolentiae praestationem, in societate salutis periculique praestari solitam atque debitam, benevolentem, facilem fidumque fratrem, affinem atque socium non minus expeditum atque propensum defert atque exhibet. Dixi.

In dorso: Ex: Doctoris Remberi Gilsemii Regis Poloniae Oratoris relatio. Hafniae, 26 Augusti Anno 62.

*) *Cfr. extractum editum in: Schirren, Neue Quellen III, 318, p. 338.*

Hafniae, 9 Aprilis 1562.

*Fridericus II rex Daniae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
responsio ad legationem Achatii Czema.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Responsio ad mandata Domini Achatii a Zhem, Regis Poloniae Legati, Hafniae V Idus Aprilis Anno LXII.

Serenissimus Rex Daniae, Norvagiae etc., Dominus meus clementissimus, primum auditam Serenissimi Regis Poloniae voluntatis et benevolentiae erga se declarationem gratissimam habuit, eidemque mutua et pariter propensa animi affectione et fide constanter respondere cupit.

Ad calamitates autem Livoniae quod attinet, sunt eae quidem Suae Maiestati et exploratae satis et tales ab ipso statim earum initio visae, quae cum commiseratione et publicum quoque Christianorum atque in primis vicinorum omnium principum concursum, quasi ad incendium restringendum,^{a)} desiderarent. Agnovit item Maiestas Sua, quantum Moscorum potentiae istius provinciae occupatione summo conatu, nec minori etiam, ut apparet, successu hactenus tentata, accessurum esset, tantum et Christiano orbi et circumvicinis maxime, Suaeque simul Maiestati, tranquillitatis atque ocii decessurum, atque ea etiam, quae de viribus ac rebus ab ista gente perpetratis, generosus dominus orator luculenter docuit, clade etiam publica nimis nota esse.

Qua tamen in re Sua Regia Maiestas, Divi parentis exemplum secuta, rebus primum commotis, non destitit hortando, deinde etiam crescente iam malo, quae vel ad pacem aequabiliter recuperandam, vel vim atrocitatemque periculi pro tempore repellendam aut differendam saltem idonea videantur, rebus afflictis et vulnere publico, quantum quidem honeste posset, mederi; inque ea re profiteri potest nihil quidquam privatae utilitatis aut finium proferendorum cupiditate, sed hoc potissimum a se actum, ut quantum per foedera, quae et Suae Maiestati cum variis statibus orbis christiani atque ipso etiam Moscho antiquitus intercedunt, liceret, specimen ederet, quo Sua Maiestas ad publicam pacem et securitatem retinendam tuendamque consilio, qua voluntate esset.

Non enim obscurum arbitratur Sua Maiestas, qua diligentia de communi pace apud Moschum intercesserit quidque alias in medium rei consiliique contulerit. Ne et hoc ex pluribus aliis dicam, quod cum aliorum Principum et civitatum subditis commeatum, arma aliasque merces, non mediocria belli irritamenta, Moschorum portui terrisque invehentibus, fide pactorum iam dudum obstricta, convivendum esset, nulli id tamen suorum toto hoc tempore Sua Maiestas permiserit; merito enim tot cladibus indolebat vicinumque aestimabat periculum, deinde tum in hac, tum in omni perpetuo actione sua, eam lucri et quaestus tamen detestari solita est, quae et publicam dignitatem proderet, et in multorum mortalium perniciem haud dubie redundatura esset.

Ideo quanquam quidem societatis ineundae causa peramplis conditionibus a Principe Moschorum interpellata sit, ne sic quidquam egit, quod cum Christiani Principis vel laude vel officio minime coniunctum videretur.

Plane et in hac sententia perseveratura est Maiestas Sua, quanquam non dissimulet haud ita pridem eorum foederum, quae ab Avorum hactenus memoria inter Daniae et Norvagiae Reges etc. et Moschorum Principes constitere, eam denuo rationem habitam, ut in easdem leges et pacis conditiones, quae tot annis ante convenerat Dux Magnus, frater Suae Maiestatis, eiusdemque ditiones reciperentur.

Inque ea re Maiestas Sua perpetuum alias Maiestatis Suae institutum, quo et pactorum quibus obligatur fidem et pacem, dum per alios liceat, ubique inviolatam custodire solet, secuta est Regium hoc, et sui maxime officii ducens, utrique horum, dum ne quid vel dignitati vel, quae in omni actione potissima esse debet, saluti publicae decedat, summo studio incubuisse.

Idque eo modo a Sua Maiestate constitutum est, ut nullius rei, praeterquam nudaee pacis cum Moscho, alias in finibus Norvagicis firmari solitam societatem iniierit, initura sit, nullius plane, ut existimat, cum iniuria periculove coniunctam.

Qua de causa Maiestas Sua benevolenter confidit eam Serenissimi Regis Poloniae etc. in hoc negotio aequitatem, id iudicium fore, quod de principe religionis et fidei observante deque actione honestissima, quae ab omni privata cupiditate remota est, esse debet.

Omnino enim si quid et in posterum ad tranquillitatem publicam componendam factu opus videbitur, ne sic quidem rerum gerendarum occasionibus ex usu publico et offitio defutura est; idque ut generosus dominus orator Serenissimo Regi Poloniae pro sua, qua praecellit, facultia et virtute prolixius polliceatur, Sua Maiestas clementer petit.

Omnibus enim modis Sua Maiestas, quantum amoris et amicitiae Serenissimi Regis Poloniae tribuat, declarare^{b)} cupit eiusque rei ulterius exhibendae causa, deque permutatione Episcopatus Curoniensis etc., cuius mentio facta est, latius tractanda primo quoque tempore in Livoniam Legatos esse missura.

Et tandem Sua Regia Maiestas Serenissimo Regi Poloniae etc. secundos rerum et consiliorum omnium successus cum dextra valetudine praecatur.

Exemplum Responsi a Rege Daniae Poloniae Legato Achatio a Cema dati Hafniae V Idus Aprilis Anno LXII.

C.

a) *In ms.* restringendum

b) *in ms.* declare

N. 54.

s.l. [1562]

*Fridericus II rex Daniae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
responsio oratori Remperto Gilsemio data.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Responsio ad mandata Magnifici Regis Poloniae Legati, Domini Reimperti, Iuris Utriusque Doctoris.

Serenissimus Rex Daniae etc., Dominus noster clementissimus, referente magnifico domino legato, primum intellexit Serenissimo Regi Poloniae, Fratri et Affini suo charissimo, responsum id, quod generoso domino de Czema, legato itidem Suae Maiestatis, haud ita dudum de rebus Moschoviticis apud Suam Maiestatem peroranti, dederat, ex officio Christiani Principis visum ideoque iucundissimum gratissimumque fuisse. Deinde cum eadem se tranquillitati publicae componendae ex uerumque gerendarum occasionibus minime defuturam ante professa sit, iamque terrarum Livonicarum status, nunc maxime, postquam Erici quoque Regis Suetiae consilia et inimicitias novam calamitatis accessionem exceperit, perturbatissimus^{a)} omnium id desideret, ad societatem se contra memoratum Regem Suetiae ineundam invitari, aut si ea^{b)} certis de causis non admittatur, perspicuam declarationem peti, an, quemadmodum Rex Suetiae divulgavit, cum eo Sua Maiestas transegerit.

Ad primum quod attinet, laetatur Sua Maiestas responsum actionesque Maiestatis Suae Serenissimo Regi Poloniae etc. ita probari, ut eas recte iudicet ab animi de non appetendis alienis moderatione profectas, nec iniuriam cuiusque nec periculum spectare. Benevolenter id quidem et plane e voto Suae Regiae Maiestatis. Agnoscit enim haec publice, rebus taliter stantibus, nec aliud quid a Sua Maiestate cum quocunque^{c)} agi nec Serenissimo etiam Regi Poloniae, tam aequa petenti deferentique, a se responderi debuisse. Erici vero Suetiae Regis conatus primum Revalia etc., deinde Pernovia callide in speciem simulatae pacis affinitatisque tractatione occupatis, aestimat Sua Maiestas haud minus oportune unquam, nec maiore istarum terrarum damno maloque, accidere potuisse. Itaque cum de iis Sua Maiestas edoceretur, condoluit equidem, fatum miserabilis Provinciae agnoscens.

Alias enim sibi spem fecerat apparatus istos excludendi magis a finibus Regnorum Moschi, quam bellum Livoniae Serenissimoque Regi Poloniae inferendi causa, a Rege Suetiae iussos constitutosque. Ideoque fore, ut cum Serenissimi Regis Poloniae viris viribusque coniuncti, pace aliquando Livonibus reddita, communicata rerum gestarum laude utrumque Regem illustrarent. Nunc autem dolet iterum Maiestas Sua opinionem se ista praeter expectationem decidisse, cuperetque, quo est in rem communem studio, rei quid consiliive in medium conferre, quo novae hae regum Suae Maiestati coniunctissimorum inimicitiae sublatae, mutatis in melius animorum voluntatibus, salutarem laudem rebus afflictis, pacem et rerum gerendarum concordiam Reipublicae donarent.

De societate enim adversus Regem Suetiae ineunda hoc tempore prolixius Sua Maiestas polliceri foederibus, quae Suae Maiestatis cum eodem ab utriusque parentibus divae memoriae constituta adhuc durant, impeditur.

Ea, si quid dissensionis, simultatis, controversiae utrinque acciderit, disceptatione finiri iubent. Qua ratione et ius Regum Daniae ad Estoniae ducatum pertinens, et si de quo alio minus conveniebat, iam pridem in tractationem mutuam susceptum est.

Haec tamen ita se habent, ut pacem saltem inter regna haec vicina creent, foveant, servent, nullius autem mortalium laedendi votum, facultatem aut occasionem praebeant. Ideoque quae de communi Suae Maiestatis adversus Serenissimum Regem Poloniae etc. aut Livonicas terras apparatu temere vulgata sunt, aut in posterum fortassis vulgabuntur, ut pro vanis^{d)} habeat repudietque, aut a Sua saltem Maiestate certius edoceri petat Serenissimus Rex Poloniae etc., obnixè rogat.

Tandemque sibi benigne persuadeat tantum Suam Maiestatem ab istiusmodi consiliis abfuturam, quantum sibi Serenissimus Rex Poloniae etc. de Suae Maiestatis benevolentia, studio et fide polliceri volet.

Qua enim Sua Regia Maiestas erga Serenissimum Regem Poloniae etc. sit voluntate et fiducia, partim ex eo, quod Ducem Magnum, fratrem Suae Maiestatis, illius fidei et favori permisit, deinde alias etiam perspectum est. Cupit autem maioribus etiam id argumentis Sua Maiestas declarare, ideoque fraterne petit, ut Serenissimus Rex Poloniae in eadem, qua hactenus fuit erga memoratum fratrem Suae Maiestatis propensione, perseveret aque^e) Sua vicissim Maiestate expectet omne genus gratitudinis, officii, benevolentiae.

Postremo precatur Serenissimo Regi Poloniae etc. cum bona et diuturna valetudine perpetuam foelicitatem et ut quidquid aget recte eveniat.

Inferius sub textu eadem manu: Exemplum Responsi, quod Regis Poloniae Internuntius, Doctor Reimpertus, a Rege Daniae nactus est. E.

a) *Correctum ex:* probatissimus

d) *pro vanis correctum ex:* prophanis

b) *ea adscriptum loco expuncti:* quae

e) *aque additum super lineam pro verbis expunctis.*

c) *correctum ex:* quoque

N. 55.

Hafniae, 10 Iunii 1563.

*Fridericus II rex Daniae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
de sua ad bellum accessione.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ad Poloniae Regem Literae, quibus ipsius Maiestas de ereptis tribus navibus futuroque bello certior redditur. 10 Iunii. Anno 63. Haffniae.

Serenissime Princeps, Frater et Affinis charissime. Post Serenitatis Vestrae legatorum discessum, cum Sueto pacis a nobis actio rursus quidem^{a)} tentata est, sed frustra.^{b)} Quanquam enim reciperet suos ad certum locum tractationis causa missurum, interim ipso tamen die Pentecostes novendecim navibus^{c)} nostrarum septem in nostro salo circa Bornhelm insulam stationem habentes, nihil dum denunciato bello, hostiliter invasit, unam cepit, duas dimersit, caeterae fuga^{d)} se periculo eripuerunt. Hoc autem cum sit belli initium, ab ipso Sueco datum, spes pacis hostili facto praecisa, nos ad bellum equite pediteque congregato accingamur. Voluimus id Serenitati Vestrae fraterne significare, ut et illa, si quid iudicet, has actiones suis etiam consiliis adversus Suecum adducturas, occasione ista, quam nos brevi, Deo volente, terra marique bellum gesturi amplio tempore daturi sumus, utatur. Omnino enim iudicabit Serenitas Vestra pergratum nobis fore, si et Sueco hosti nocere plurimum, Serenitati etiam simul Vestrae gratificari queamus. Recte autem fecerit Serenitas Vestra, si et illa primo quoque tempore in Livoniam

arma transtulerit, quod si vel hic vel alibi a nobis ita fieri noluerit, rogamus, ut id nobis mature significet, promptissima voluntate occasionibus rerum gerendarum non defutura.

Dantiscanae etiam civitati si naves aliquot instructas imperet Serenitas Vestra iubeatque illas cum nostris quam primum coniungi, operae praecium fecerit, et accessionem rebus communibus haud mediocrem. Nam et civitates aliae id praestiturae sunt, nosque rem nauticam nostra ex parte pro virili curabimus, ut primo quoque tempore cum hoste denuo confligendum statueremus. Gratissimum fecerit Serenitas Vestra, si de sua in rebus istis voluntate nobis cum hoc homine fraterne rescripserit. Deus Optimus Maximus Serenitatem Vestram florentem tueatur et incolumem.

In dorso alia manu: Exemplum literarum Regis Daniae ad Regem Poloniae datarum X^a die Iunii Anno LXIII^o.

K.

- a)-b) *Correctum ex:* tentata est frustra
- c) *supra lineam additum*
- d) *in ms. fugae*

N. 56.

Caunae, 5 Iulii 1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum II regem Daniae
de bello contra Ericum XIV gerendo.*

(Exemplar. Orig. cfr. Elem. IX, N. 19)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

N. 57.

Fridrichsburgi, 23 Augusti 1570.

*Fridericus II rex Daniae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
Friderici Grotii ministri sui liberationem exposulat.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Incertis primum rumoribus nobis nunciatum est fidelem Ministrum et Secretarium nostrum, Fridericum Grotium, cum is ob expedienda privata quaedam negocia profectionem ex Livonia Dantiscum instituisset, a quibusdam Serenitatis Vestrae ministris in reditu interceptum et in arcem Marieburgensem abductum, indignis plane modis in carcere tractatum esse. Quod quidem minime indulgente nec mandante Serenitate Vestra factum esse initio ut statueremus, cum rei ipsius indignitas, tum mutua ac fraterna amicitia nostra ipsorumque inter nos foederum iura, spem certam nobis fecerunt. Minime autem vanum rumorem istum fuisse, eventus et res ipsa nobis declaravit. Probe etenim edocti sumus Secre-

tarium istum nostrum praeter multas, quas memorata in arce perpressus est iniurias, non tantum compedibus vinctum, Varsoviā ad proxima Comitia deductum, verumetiam tam de nostris, quam de Illustrissimi Principis, charissimi fratris nostri, Ducis Magni etc. consiliis, quorum eum consciū ac participem Serenitas Vestra existimavit, aut vi tormentorum, aut eorum incusso metu, interrogatum esse. Quod cum praeter eam, quam de Serenitatis erga nos Vestrae benevolentia eiusdemque moderatione Regia concepimus fiduciam, acciderit, ac tam a necessitudine nostra quam mutuis foederibus et communi Christianorum Principum more sit alienissimum. Non minus amicitiae nostrae rationem, quam adflicti istius ministri nostri virtutem ac fidem postulare existimabamus, ut de eo Serenitati Vestrae per litteras nostras amanter compellaremus. A qua pro coniunctione nostra mutuorumque foederum religione maiorem in modum et fraterno plane studio petimus ac contendimus, ut memorati Secretarii nostri liberationem et^{a)} rerum ablatarum omnium restitutionem^{b)} quamprimum decernat, ut rebus privatis in Livonia Prussiaque ex sententia confectis, ad nos redire et debita in aula nostra officia obire et praestare possit. Si qua vero is, ob actiones cum Moschorum Principe, a fratris nostri Illustritate institutas, apud Serenitatem Vestram suspicione forte praegravatus est, vere ac Regia fide confirmamus ipsum, venia a nobis ad certum tempus impetrata, tantum privata ob negocia eas in partes profectum, nec quicquam ipsi a nobis istis aut aliis in negociis publicis demandatum. Quo nomine Serenitatem Vestram in hominis istius liberatione decernenda tanto aequiorem facilioremque fore speramus, quanto certius ab ipso iam edocta est eum tractationem istam Rhutenicum ob periculum minime probasse nec iuvisse. Quid autem nobis de Serenitatis Vestrae hac in re voluntate polliceri debeamus, de eo Serenitatis Vestrae fraternam declarationem apud praesentium exhibitorem quamprimum expectamus. Deus Vestram Serenitatem florentem et incolumem conservet quam diutissime. E Regia nostra Fridrichsburgo etc.

In dorso: Exemplum litterarum Regis Daniae ad Poloniae Regem in causa Friderici Grotii, datarum Fridrichsburgi XXIII Augusti anno LXX.

A.

a)-b) *In margine adscriptum.*

N. 58.

Vilnae, 27 Octobris 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum II regem Daniae
litterae credentiales pro Henrico de Dohna et Michaele Brunow.*

(Orig., vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi et Domino Friderico, Dei gratia Daniae etc. Regi, salutem et omnium felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps Domine, Amice et Frater charissime.

Ablegavimus ad Serenitatem Vestram praesentium exhibitores, Generosos Henrichum Burgrabium, liberum Baronem a Don,²⁾ aulicum nostrum, et Michaellem Brunonem,²⁾ fideles nobis dilectos, quibus commissimus certa negotia nostra apud Serenitatem Vestram oratione coram explicare. Postulamus itaque, ut eis audientiam tribuat, et quae nostro nomine apud Serenitatem Vestram egerint, non aliter fidem dictis adhibeat atque nobis ipsis, si coram eam alloqueremur, adhiberet. Habent praeterea secreto quiddam cum Serenitate Vestra nostris verbis referre; postulamus, ut eos in secretiore Senatu audire velit. Cupimus tandem Serenitatem Vestram firma valetudine et florenti foelicitate perfrui nosque etiam fraterno illius amori et benevolentiae commendamus. Datum Vilnae XXVII Octobris anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

Sigismundus Augustus Rex subscripsit.

Alia manu: Litterae fiduciariae datae Baroni a Dohna. 27 Octobris 1562. Exhibitae 27 Februarii 1563.

²⁾ *Sic in ms.*

N. 59.

Vilnae, 26 Novembris 1562.

Nicolaus Radziwiłł

ad Fridericum II regem Daniae

Henricum de Dohna ex officio magni cancellarii commendat.

(Orig., sig. vest.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra ac Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

Perhennem²⁾ observantiam meam, deditissimique animi universa studia apud Sacram Maiestatem Vestram diligentissime commendo. Quum istic in Daniam ad Sacram Maiestatem Vestram Generosus Dominus Henricus Liber Baro in Don,²⁾ homo mihi benevolus, per Sacram Regiam Poloniae Maiestatem, Dominum meum clementissimum, nomine oratorio ablegatus esset, egoque semel in animum induxerim celeberrimum nomen Sacrae Maiestatis Vestrae regium omni mea observantia colere et venerari; excidere mihi e manibus talem occasionem dandi ad Sacram Maiestatem Vestram literas meas eiusdem, animi ac voluntatis meae testes, haud passus sum. Quod enim hactenus propter candidum inseriendi propositum nullum meum singulare exitisset erga Sacram Maiestatem Vestram, Dominum meum colendissimum, meritum, illam mihi oportunitatem quam maxime dari exopto, ut quod nunc verbis polliceor, reipsa semper praestare possim, omni videlicet servitorum ac studiorum genere clementiam illius etiam atque etiam demereri ac inter istos censi, qui omnibus in rebus fidem ac deditissimi animi sinceram voluntatem Sacrae Regiae Maiestati Vestrae praestare solent. Cui meae voluntati ut Sacra Maiestas Vestra clementer annuat atque sibi, ubi

usus venerit, me operam navare iubeat, vehementer praecor Sacram Maiestatem Vestram, Dominum meum colendissimum. Ad caetera vero Sacrae Maiestati Vestrae nomine meo exponenda usus sum interprete hoc generoso Domino, Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae oratore, homine mihi amicissimo. Cui ut faciles ac benignas aures in his, quae dicturus est, praebere ac indubiam fidem adhibere velit, Vestram Sacram Maiestatem praecor vehementissime: ac meam perpetuam observantiam in gratiam eiusdem iterum atque iterum commendo. Datae Vilnae, die 26 mensis Novembris anno Domini 1562.

u) Sacrae Maiestatis Vestrae
Servitor
Nicolaus Radzivil.v)

In margine alia manu: 26 Novembris 1562. Nicolaus Radzevil.

In dorso: Serenissimo ac Excellentissimo Principi et Domino Domino Friderico II, Dei gratia Regi Daniae etc.

u)-v) *Manu propria.*
z) *sic in ms.*

N. 60.

Hafniae, 26 Februarii 1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Fridericum II regem Daniae
instructio legatis Henrico de Dohna et Michaeli Brunow data.
(Orig. Adest exemplar)
T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Primum Legati Serenissimo Daniae Regi, Fratri, Affini et Amico, plurimam salutem nomine Sacrae Regiae Maiestatis ac fausta feliciaque omnia in florentissimo Regnorum et Ditionum omnium statu precabuntur, deque amore et benevolentia huius Maiestatis in Maiestatem illius pollicebuntur omnia, quae de studiosissimo et amantissimo homine persuadere illius Maiestas sibi potest. Deinde in hunc modum verba facient:

Cum Serenissimus Poloniae Rex, Dominus noster clementissimus, Serenissimam Maiestatem Vestram certo sibi persuaserit pacis ac publicae tranquillitatis esse studiosissimam, execrantem bella, ea maxime, quae contra ius et aequum, contra fas, contra divina humanaque iura, contra ius moremque populorum inferuntur, illi significandum per Oratores suos existimaverat se maximo cum Moschis bello, pro defendenda misera Livonia suscepto, occupatum, novo rursus infestari ab iis, a quibus hostile nil expectabat, a Suedis scilicet, nulla sua iniuria provocatis. Cumque circumferrentur rumores iam cum Suedo illam transegisse et Suedicam expeditionem veluti approbasse, id verum confictumve esset, explorare voluerat. Confictum vero si esset, ad armorum societa-

tem invitandam illam duxit, ut iis collatis, cum ex Ducatu Estoniae tum vero ex universa Livonia, uterque hostis, et Suetus et Moschus, propulsari facilius posset.

Posteaquam autem clare et disertis verbis Serenissima Regia Maestas Vestra responderit rogaveritque, ut quae de communi suo adversus Sacram Domini nostri Maestatem aut Livonicas terras apparatu temere vulgata sunt quaeque in posterum vulgabuntur, pro vanis habeat et repudiet, Maestas Regia maximo affecta est gaudio et voluptate. Quod quam de Serenissimae Regiae Maestatis Vestrae erga se animo et benevolentia habet persuasionem, ea se non fefellerit. Dabit quoque illius Maestas omnem operam, ut Maestas etiam Vestra illius in retinenda amicitia fidem ac constantiam semper experiatur.

Nam revera iactare hoc in Livonia Sueti, et qua perfidia Livoniam sunt aggressi, eadem vanitate vulgare non verebantur, non solum consentiente Maestate Vestra se Estoniam et reliquum Livoniae adoriri, sed expectari etiam a se Maestatis Vestrae socia arma. Quod quidem de tam pio et Christianis moribus ac legibus optime instituto sibi quae maiorum exemplo amico Rege credere Maestas Domini nostri nunquam in animum inducere potuit. Cum enim non obscure id Suedus agat, ut immanissimum illum truculentissimumque Livoniae hostem, cuius adhuc post varia inauditaque suppliciorum genera, post illam monstrosam humani generis laniationem, manus sanguine madent, in possessione Livoniae promoveat. Non potest Serenissimus Rex noster existimare esse homines Christianos, quid Christianos? non putat esse humanis vultibus et forma, quantumvis barbaros, qui id Suedicum facinus non execrentur.

Scythis nihil truculentius et saevius orbis habere dicitur, sunt enim non natura solum, sed et instituto omnium mortalium hostes, et tamen Livoniae calamitatem miserati, ferre non potuerunt, quin ulciscerentur. Irruptione enim facta, ferro et flammis Muscoviam vastarunt et magnas hominum praedas egerunt. Naturae tamen solo sensu prohibiti sunt, ne ita in Moschos, alienae religionis homines, saevirent, sicut hii in suae religionis nationem debachati sunt. Et tamen Scythis durior ac immitior Suetus,^{a)} solus miserorum Livonum calamitate ac per ingentia supplicia effuso sanguine non commovetur. At quid moveri eum dicamus? Immo solus in toto terrarum orbe, in hac tam faeda sanguinis humani proluvie, gaudens ac lubens volutatur, ac non volutatur solum, sed Tyrannum illum barbarissimum imitari et exaequare, quin in illa truculentia fortasse etiam superare, quod illi male vertat Deus! nefaria circumferens arma, contendit.

Hanc eius feritatem ut vel approbare vel imitari possit Maestas Regia Daniae, optimus, pius, clemens ac Christianus princeps, tantum abest, ut credat Serenissimus Rex noster, ut etiam multo magis speraverit eius Maestatem socia arma contra utrumque hostem coniuncturam.

Quod quoniam nunc facere foederibus prohibetur, in optimam accipit partem laudatque fidem ac in retinendis foederibus Maestatis Vestrae constantiam Serenissimus Rex noster. Quamvis fidem frangentibus, si fides non servetur, repraehendi non solet. Qui ius gentium prior violat, qui pacem publicamque tranquillitatem perturbat, qui barbaros, barbaris legibus ac ritibus viventes, qui sanguinarios praedones armis iuvat, ei ut ius gentium ulla parte patrocinetur, indignum Sacra Regia Maestas Domini nostri existimat.

Etsi autem commentum illud de hac armorum societate, confictum a Suedis ipsi, nefarium illud bellum iudicio Maestatis Vestrae probare

volentibus, certo sibi, uti ante diximus, persuadebat, tamen se in ea persuasione responso Maiestatis Vestrae confirmatum valde laetatur Serenissimus Rex noster. Cupit enim huius Maiestas et Maiestati Vestrae et omnibus mortalibus persuasum esse nullius se compendii vel emolumenti sui causa Livones tuendos suscepisse, sola eorum calamitate permotam, ferrum crudelis Tyranni ex media Livonia evulsum in se suosque convertisse. Pium itaque ac Christianum hoc suum factum dignum esse existimat. Quod Christiani omnes non solum non impediunt, sed adiuvent potius ac favore benevolentiaque prosequantur.

Quum tametsi ea de re non prius ad Sacram Maiestatem Domini nostri retulisset quippiam Suetiae Rex, quam infesta arma in Livoniam intulisset et Revaliam per prodicionem, sicuti deinde et Pernoviam, interceptisset, tamen non potuit de Rege, qui Christiano nomine censetur, credere, ut iuvandi Moschi causa tantum facinus esset ausus. Credebat id, quod ipse tum spetioso admodum commento praetexebat, firmandae eius orae gratia, quae Suetico imminet mari.

Estoniam illum occupasse nostris, uti tum iactabat, armis diffusum, ne videlicet nobis aegre tuentibus a Moscho, quem suum quoque hostem esse prae se ferebat, praeriperetur. Itaque non ita moleste tulit.

Optaret enim et Suedos et quascunque alias Christianas tamen nationes ad succurrendum miserae Livoniae veluti ad commune incendium restinguendum accurrere, modo bona fide id agant, non ea qua Suetus agere se iam manifeste declaravit. Iuvat enim is, non persequitur suis armis Moschos et pestem in medullis et visceribus miserae Livoniae alit.

A quo quidem inopinato et perfidiae pleno eius instituto ad saniora studia, cum aliis rationibus tum nova ista affinitate, avertere illum Serenissimus Rex noster voluit. Quantum profecerit res, in conspectu est. Certe etsi dicere non putaram: turpe habetur, tamen simplicitas ingenua, candor et fides Serenissimi Regis nostri a nemine repraehendi merito potest. Qui qualis ipse est, tales alios esse iudicat, quique omnia quaevis remedia adhibenda censuit, quo saluti afflictae Livoniae succurrere posset. In ^{b)} hoc enim omnes animi cogitationes intendit.

Quod autem nunc oporteat nos, Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, nomine, media aut condiciones, super quibus tractatus sint constituendi, cum aliquibus mandatis exhibere, aut hic aliquid, ut Dominationes Vestrae scribunt, concludere, id cum omnino fore contra decorum, tum etiam contra omnem dignitatem eius Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, unusquisque considerare potest, nolumus et neque omnino salva nostra conscientia possumus hac in parte Serenissimi Domini Regis nostri nomine non promittere tantum, sed et polliceri, aut aliquam spem saltem vel suspicionis occasionem praebere, ut id ille Tyrannus existimare aut suspicari possit Serenissimum Regem nostrum supplicem suffragia alicuius petere ad inducias apud se impetrandas vel secum constituendas.

Sed si quid Serenissimus Rex Daniae, Dominus noster clementissimus, de induciis istis intermediis agere in animum induceret, id ut non ex instructo, sed sponte et quasi pro officio Christiani Principis, inscia penitus Regia Maiestate Poloniae, facere illius Serenitatem Moschus existimet atque intelligat. Qui si ad inducias constituendas hoc pacto per Serenitatem eius adduceretur, iam tum ille de omnibus mediis et conditionibus pacis aut induciarum, pro more et consuetudine inter Ducatus aut Duces tam Moscoviae quam Lithuaniae iam olim observari solita, per Oratores et Legatos communes tractare et concludere procul dubio non intermitteret.

^{a)} Post illud statim tempus, cum nos huc profectionem nostram adornabamus, hoc est sub primam diem mensis istius Iulii, debebat miles Germanus Caunae in Lithuania, praesente Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo, conscribi, qui coniuratus cum militibus Polonis et cum Ducis Curlandiae viribus recta inde in Livoniam progredi debebat (id, quod nona deinde Iulii factum esse nobis constat), ad oppugnandas videlicet munitiones Suedicis praesidiis firmatas.

Neque vero Regia Maiestas Danorum aliter existimare aut credere debet, quam hoc Regiam Maiestatem Poloniae totis viribus conari, ut

omnino Dei Optimi Maximi adiuta ope et auxilio satis instructas acies huic hosti obviam miserit atque illud conprimis curaverit, quod ex re et commodo atque honestate utriusque Maiestatis factum esse videatur.

b) Contra Moschum milite Germano uti non esset valde consentaneum aut commodum, quippe cum quo congregi Regibus Poloniae in usu non est, nisi militibus levioris armaturae, equitibus scilicet peditibusque Polonis, Lithuanis ac Rhutenis, quos lingua nostra Cosacos vocamus, aut etiam Tartaris, quos Regia Maiestas Poloniae stipendiarios milites habet; a quibus omnibus ita iam est Regia eius Maiestas Dei beneficio parata, ut omnino expirantibus statim istis induciis, de quibus iam dictum est superius, in Dei nomine, iniuriam et damna sibi a Moscho illata recuperare proposuerit.

De inaequalitate sumptuum in apparatus hunc bellicum nescimus cur disputent Dominationes Vestrae. Quandoquidem et Serenissimus Rex Poloniae, Dominus noster clementissimus, non minori cum negotio et labore ac sumptibus hoc bellum Suedicum adornare et aggredi videtur. Aequum itaque fore existimamus ac mutuae isti inter Regiam utramque Maiestatem amicitiae et coniunctioni consentaneum, ut Regia Danorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, in clausula sive sententia priore, a nobis Dominationibus Vestris ex instructione nostra porrecta, aquiescat et sit contenta. Cum enim Serenissimus Rex Poloniae, Dominus noster clementissimus, cum Regia Danorum Maiestate syncere semper et fideliter belli istius societatem ambivit, dubium nullum est, quavis necessitate urgente, quin sese in eius Serenissimam Maiestatem, uti par est, amicissimum et tot iam vinculis necessitudinis coniunctissimum Principem declaret et exhibeat; ita profecto, ut de certo numero equitum aut peditum in hoc Suedicum bellum mittendorum non sit declarationem ullam iterum a nobis reposcere opus. Quandoquidem Serenissima Regia Danorum Maiestas in articulo secundo ista omnia in arbitrio Regiae Poloniae Maiestatis relinquit.

Maiorum praedecessorumque suorum omnium, Regum Poloniae, exemplo Regia quoque Maiestas, Dominus noster clementissimus, in usu non habet navali proelio hostem ullum adoriri. Nam ut superius satis fuse dictum est, viris tantum et equis bella gerere consuevisse. Proinde et ex literis, quarum nos hic mentionem fecimus, a Serenissimo Rege nostro ad Maiestatem Regiam Daniae scriptis, non alius ullus sensus elici posse videbitur, quam quem nos Dominationibus Vestris Magnificis in eodem ante articulo satis abunde declaravimus. Quare dignum et iustum esse arbitramur, ut et Dominationes Vestrae eidem sententiae nostrae sese accommodent et ei acquiescant.

Quod enim Regia Poloniae Maiestas nunc demum classem parare debeat, cum iam ad impetendum hostem equitem et peditem militem in aciem eduxit, Dominationes Vestrae ipsae^{c)} vident, quam sit id eius Regiae Maiestati integrum aut consultum facere. Quae impensis iam in milites istiusmodi expositis aequare videtur impensas Regiae Danorum Maiestatis. Nam quod Serenissimus Rex Poloniae omnia emolumenta, si quaecunque Regia Daniae Maiestas in Regno Suetiae, Dei auxilio, acquisiverit, permittit illius Maiestati fore propria, sicut in illorum communionem venire omnino non cupiat, ipseque tantum Ducatum Estoniae et quaedam paucissima a Suedo et Moscho occupata, repetenda sibi proponat. Magna certe inaequalitas est futura, si Deus fortunaverit utriusque Maiestatis conatus, cum ad recompensationem emolumentorum

fuerit ventum. Ut autem Regia Poloniae Maiestas in Serenissimum Dominum Daniae Regem, Dominum nostrum clementissimum, propensissima est, cum illiusque Maiestate puro corde et mente omnes suas prosequitur actiones, neque quicquam lucri ex Regia Daniae Maiestate sibi obvenire cupit. Credit etiam vicissim eius Regia Maiestas Serenissimum Danorum Regem non tantum dimidiam partem sumptuum, quos eius Regia Maiestas in apparatus bellicum contra Suedum impendet, a se non extorsuram, sed etiam eius Poloniae Maiestatem iis atque eiusmodi conditionibus non obstricturam, quae alioquin inter amicissimos Reges et Principes non solent elici aut extorqueri, sed neque observari. Eo etiam attento, quod Serenissimus Rex Poloniae, Dominus noster clementissimus, a Regia Daniae Maiestate loco impensarum aliquarumque penitus exposcat nihil.

^{d)} Quantum vero commemoratas civitates aut arces in Estoniae Ducatu attinet, de iis Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, ubi eorum venerit tempus, non multum disputabit. Quam primum enim eae, Dei beneficio, in manus et potestatem illius Maiestatis devenerint, non est immemor futura, quantum amicitiae communi et coniunctioni mutuae fuerit obstricta quantumque debeat iuri illius Serenissimae Maiestatis ac una eius Regno Daniae, quod se comprobare facile posse Dominationes Vestrae profiterentur. Tum autem non tantum aequam sese Regia Poloniae Maiestas in Serenissimum Dominum Danorum Regem aut amicam exhibebit, sed etiam facile est passura cum iis omnibus arbitrio quorumvis amicorum Principum subesse. Qua benevolentiae subiectione quia nulla maior in Principe et Rege amico reperiri potest, credimus in hoc quoque Magnificas Dominationes Vestras nomine Serenissimi Domini Danorum Regis, Domini nostri clementissimi, facile acquiescere posse, neque quicquam aliud amplius in hac parte desyderare.

Caeterum ratificationem transactionis Serenissimae Regiae Maiestatis Danorum cum Henrico Wolfio, homine privato, de arce et districtu Soneburgensi factam, nos hic nulla ratione approbare aut confirmare cuiusquam nomine possumus. Nam quod ante nostrum ex Lithuania discessum Serenissimae Regiae Poloniae Maiestati, Domino nostro clementissimo, de ista Henrici Wolfii transactione nihil omnino tum constabat, nihil etiam penitus nobis in eam sententiam cum Serenissimo Rege Danorum tractari ab illius Maiestate est commissum. Non enim ignorant Dominationes Vestrae Magnificae Regiam Daniae Maiestatem in permutationem eiusdem arcis et districtus Soneburgensis pro Episcopatu Curionensi ²⁾ iam antea consensisse.

Quod vero attinet undecimi articuli planiorem aut exactiorem interpretationem ac declarationem, nos ex parte Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae huius negotii summam satis a nobis copiose tractatam esse existimamus, ita ut iam longioribus aut amplioribus verbis non sit opus. Si vero a Dominationibus Vestris Magnificis ac Generosis nomine Serenissimi Danorum Regis, Domini nostri clementissimi, aliquid aliud ex mandato Serenissimae illius Maiestatis videbitur in scriptis exhibere, facile nos et libenter assensuros esse.

^{e)} Duodecimi articuli summam probe a Dominationibus Vestris intellectam esse credimus, quae cum tota plana sit, nullisque ambagibus implicata, ac omnia clara ac per se perspicua, metuere quoque non debent, ut ei ulla unquam conditionum aliquarum difficultas in re quampiam derogare queat. Nam neque temporum ullorum neque commodi-

tatum interventus, aut casus ulli, vincula huius pulcherrimae societatis aut istos Principes debebunt dirimere.

De numero militum Regiae Maiestatis Poloniae iam dictum est superius, tum et de tempore missi in Livoniam exercitus. Proinde non est, ut diutius in hoc articulo immoretur, aut de altero etiam subsequente aliquid disputetur, quandoquidem et de illo inter nos per omnia convenire videtur; ut itidem de reliquis aliis subsequentibus duobus, decimo sexto videlicet et decimo septimo.

Ad XVIII.^{f)} De decimi octavi articuli sensu et interpretatione nos ita intellexisse scripsimus: Si fortasse Suedo alii Principes adhaerent, quod viribus et ingenio communibusque cum Serenissimo Rege Danorum consiliis obviam eis iri Regia Poloniae Maiestas omnino statuerit. Cui nostro sensui quod et Dominationes Vestras adhaerere omnino videmus, credimus etiam de ulteriore huius articuli interpretatione curiosas non esse futuras.

Ad XIX.^{f)} Cupit omnino Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, et id quidem ex animo Suetiam totam una cum Rege ipso in manus et potestatem Serenissimi Danorum Regis, Domini nostri clementissimi, devenire. Quod si fuerit Dei Optimi Maximi benignitate factum, ut est omnium suorum amantissima et studiosissima Regia Poloniae Maiestas, postulat a Regia Danorum Maiestate, tanquam fratre et consanguineo suo longe charissimo, ut non tantum sororis illius Maiestatis, quam omnium charissimam habet, Ducissae videlicet Finlandiae, verum etiam ipsius Illustrissimi Ioannis Finlandiae Ducis ab eius Maiestate optima ratio habeatur. Nihil enim Principi illi adversi accidere unquam possit, quod non ad Regiam quoque Poloniae Maiestatem redundet et cum dolore eius Regiae Maiestatis non fuerit coniunctissimum.

Si autem quid Princeps Finlandiae in Serenissimum Dominum Danorum Regem inconsideranter commisit, Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum, omnem daturam operam, quod illud totum ita resarciendum esse curet, ut Regia Maiestas Daniae sit contenta futura de Principis illius poenitentia.

Credit autem eius Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, et id quidem firmissime sanctissimeque, se ita a Regia Danorum Maiestate amari, uti vicissim a Serenissimo Rege Poloniae diligitur et observatur atque colitur. Proinde neque in suos sibi sanguine coniunctissimos tantopere saevire velle aut posse, ut postulationis et intercessionis eius Regiae Maiestatis Poloniae atque ideo totius istius coniunctionis et necessitudinis amicitiaeque, quae iam sanctissima inter illarum Maiestates intercessit, oblita esse eius Regia Danorum Maiestas videatur. Patitur enim Princeps ille a fratre, Rege Suetiae, tantum propter nomen Serenissimi Regis Danorum, quod fortasse iam sufferre non poterit amplius. Regium itaque non esse nemo est qui dubitet, afflictis addere afflictionem. Illud autem vere Regium est et Principe Christianissimo dignissimum, parcere iis, quos facile vincere possis. Qua de re longiore oratione non est usus. Certissimum enim nobis illud de Serenissimo Domino Danorum Rege, Domino nostro clementissimo, pollicemur, quin et promittimus, eius Serenitatem capitali odio eos prosequi non posse, quos amat Regia Poloniae Maiestas, aut sibi sanguine vel aliqua alia necessitudine coniunctos et necessarios habet.

De ultimo articulo quomodocunque Magnificis Dominationibus Vestris visum fuerit ut concludatur, libenter assentiemur.

In dorso manu Paselick: D.

- | | |
|----------------------------------|-------------------------|
| a) Ad secundum <i>in margine</i> | e) 12 <i>in margine</i> |
| b) Ad tertium <i>in margine</i> | f) <i>in margine</i> |
| c) <i>in ms. ipse</i> | z) <i>sic in ms.</i> |
| d) Ad octavum <i>in margine</i> | |

N. 73.

s.l. [m. Iulio-Augusto 1563]

*Commissarii regis Daniae [Friderici II]
ad commissarios regis Poloniae [Sigismundi Augusti]
respondent.*

(Exemplar manu Paselick)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Plena resolutio ad Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, ad hunc conventum deputatorum Commissariorum scripto comprehensam responsonem.

Principio quantum ad induciarum cum Moscho tractationem attinet, certo sibi persuadeant Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae Serenissimam Regiam Daniae Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, nihil ea in re tentaturum, nisi quod cum dignitate, honore et commodo Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis sit coniunctum. Etenim cum Regia Daniae Maiestas Regiae Poloniae Maiestati, affini et fratri suo carissimo, rem gratam in hoc genere officii praestare cupiat, minime committendum esse existimat, quin existimationis Regiae Poloniae Maiestatis quam diligentissima ratio habeatur. Ac si Regia Daniae Maiestas de induciis apud Moschum cognoscendum esse iudicabit, id ea ratione, cuius Dominationes Vestrae Magnificae et Generosae in hac parte mentionem fecerunt, non incommode fieri posse arbitramur.

Ideoque tam in primo, quam in secundo et tertio articulo, in sententia a Dominationibus Vestris Magnificis et Generosis proposita acquiescimus.

In quarto huius tractationis capite nihil proponimus amplius, modo Dominationes Vestrae Magnificae et Generosae, nomine Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, consentiant, si Regia Daniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, pro ratione belli et necessitatis in Suetia auxiliares copias a Regia Poloniae Maiestate petiverit, ut Regia Poloniae Maiestas partem exercitus sui in Suetiam aut Finlandiam Maiestati Suae in subsidium transmittat.

Quam numerosum exercitum Serenissima Regia Poloniae Maiestas ad obsidendas in Livonia Suetico praesidio firmatas munitiones sit missura, Serenissima quidem Regia Daniae Maiestas in Maiestatis Suae arbitrio relinquit. Tamen ad certitudinem huius actionis Maiestas Sua non inutile esse censet, si Dominationes Vestrae Magnificae et Generosae Maiestatem Suam de numero copiarum Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis certiolem facerent.

Quantum ad inaequalitatem sumptuum in hoc bellico apparatu attinet, cum Serenissima Regia Daniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, potentissimum Regnum Suetiae terra marique oppugnandum et depopulandum solus suscipiat, nemini certe dubium esse potest, quin in bello in Suetia gerendo tanto maiores copiae et sumptus requirantur, quanto maior est hoc tempore Regis Suecorum in opulentissimo Regno, quam in Livonicis munitionibus, potentia. Porro cum Serenissima Regia Poloniae Maiestas maiorem partem exercitus sui non tantum ad expugnandas Sueticas munitiones in Livonia, verum etiam ad vindicanda damna et iniurias, Regiae Maiestati a Moscho illata, plane confidimus, cum Serenissima Regia Poloniae Maiestas neque bellum in Suetia gerere nec classem mittere velit, Dominationes Vestras Magnificas et Generosas compensationem dimidii bellicorum sumptuum, pro ea qua hanc societatem decet aequalitate, praestituros esse.

Summa autem huius tractationis difficultas in praecedenti et hoc capite versari videtur. Ne autem Magnificas et Generosas Dominationes Vestras prolixioribus scriptis deinceps detineamus, operae pretium esse existimamus Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, mandata hac in parte Dominationibus Vestris proponere.

Serenissima Regia Daniae Maiestas non dubitabat Serenissimam Regiam Poloniae Maiestatem, pro sua erga Regem, fratrem et amicum aequitate, arces et civitates Revaliam, Pernoviam, Weissenstein, Padis, post victoriam Maiestati non gravatim concessuram esse, eoque nomine nobis clementer mandavit, ut in hac actione et de his rebus et de ratificatione conventionis Sonneburgensis cum Dominationibus Vestris Magnificis et Generosis diligenter ageremus, sicut in proxima declaratione nostra exposuimus. Cum vero Regia Daniae Maiestas, cum propter huius bellicae societatis aequalitatem, tum propter ius antiquissimum domini, quod quidem Regiae Maiestati Suae et Regno Daniae in Ducatu Estoniae competit, certam spem de ea civitatum et arcium traditione conciperet, ideo nobis mandatum extremum dedit, ut si forte nomine arcis et civitatis Revaliensis difficultas nimis magna oriretur, de reliquis Pernovia, Padis et Wittenstein²⁾ cum pertinentiis, et de ratificatione actionis Sonneburgensis ageremus, salvis tamen omnibus iuribus et pertinentiis Episcopatus Revaliensis in ea civitate et districtu. De quo quidem Magnificas et Generosas Dominationes Vestras propter hanc causam voluimus certiores facere, ut intelligant nos, pro debita nostra humilitate et subiectione, ab hisce Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis mandatis non recessuros esse.

A Vestris igitur Dominationibus Magnificis et Generosis reverenter petimus, ut si quae praeterea in his articulis a Serenissima Regia Poloniae Maiestate, Domino nostro clementissimo, mandata habent, ea nobis pro suo candore et dexteritate proponere dignentur, ut demum haec instituta actio, Deo favente, ad optatam belli societatem inter utramque Regiam Maiestatem, Dominos nostros clementissimos, foeliciter perducat.

Capita seu conditiones transactionis a parte Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, exhibemus Dominationibus Vestris Magnificis et Generosis scripto comprehensas, easque a Dominationibus Vestris nomine Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis expectabimus.

In duodecimo, 13, 14, 15, 16 et decimoseptimo articulis acquiescimus in Dominationum Vestrarum sententia, nec erit de illis ulterius disputandum.

Pergrave Serenissimae Regiae Daniae Maiestati foret, si Illustrissimus Dux Finlandiae amici loco habendus esset. Etenim Illustrissima Celsitudo Sua Serenissimam Regiam Daniae Maiestatem non minoribus quam Rex Suetiae damnis et iniuriis affecit.

Illustrissimae autem Ducissae Finlandiae, Dominae nostrae clementissimae, Serenissima Regia Daniae Maiestas, sicut antea obtulimus, optimam habebit rationem.

Eam tamen intercessionem, quae nomine Regiae Poloniae Maiestatis a Vestris Dominationibus Magnificis et Generosis nobis proposita est, eam nos ad Serenissimam Regiam Daniae Maiestatem humiliter et diligenter deferemus ac speramus Regiam Maiestatem Suam in gratiam Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, amici et fratris carissimi, erga gravissimas eius Principis iniurias semel conceptam indignationem ita mitigaturam, ut Serenissima Regia Poloniae Maiestas intelligat Maiestatem Suam sanctissimae et mutuae necessitudinis et amicitiae non fuisse oblitam.

In dorso manu Paselick: E.

z) *Sic in ms.*

N. 74.

Rigae, 17 Februarii 1562.

Gotthardus Kettler, Theutonici Ordinis in Livonia magister, ad Sigismundum Augustum regem Poloniae de iniuriis sibi a rege Sueciae illatis conqueritur.

(Exemplar. Aliud exempl. cfr. infra N. 101.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

N. 75.

[Stralsundii, ante 3 Augusti 1563]

Commissarii [Sigismundi Augusti] regis Poloniae ad commissarios [Friderici II] regis Daniae de societate bellica contra Suecos ineunda.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

De ratihabitione Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, quantum ad hanc postremam quarti articuli a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris nobis tandem oblatam clausulam attinet, quia nulla a Regia Maiestate Domini nostri clementissimi habemus alia praeter superius in eundem articulum exhibita mandata, praecipitanter consentire nobis non licet. Nam si Regia Danorum atque Norvegorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, turpe atque iniquum

fore est ratus in Tyrannum, sibi foederibus coniunctum, arma sumere, certe minus convenit, conprimis autem sanguinem Regium non decet, Ducatum Finlandiae milite Regis Poloniae vastari atque etiam in ipsum eius provinciae Duces usque adeo saevire, ut nulla ab eo accepta iniuria, imo etiam nullius iniuriae causa praestita, patriis et haereditariis bonis ereptis, turpissime ab eo Rege et amico eiciatur, qui iure optimo illi omnem opem in quavis ipsius adversitate erat laturus.

Qui Princeps quia semper est a Regia Maiestate Domini nostri loco amici utraeque²⁾ Maiestatis Regiae existimatus et habitus, cumque tam arcto sanguinis vinculo tamque sancta amicitiae et amoris necessitudine Regiae Maiestati Poloniae fuerit coniunctissimus, nihil hoc aliud esset quam in sua ipsius viscera saevire, oblito totius humanitatis officio, tum et Christiani Regis in suos lege atque debito. Quod cuiusmodi sit considerandum id atque discutiendum, Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris relinquimus. Speramus enim atque certo credimus, iis plenissime discussis et examinatis, Serenissimum etiam ipsum Danorum Regem, Dominum nostrum clementissimum, ut est Christianissimus atque pientissimus Princeps, non ulla alia promissa a nobis nomine Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae, quam quae iam est paulo ante a nobis in medium prolata et recensita, desiderare aut extorquere.

Quod si nihilominus Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae huius articuli clausulam, non attentis ullis nostris in medium deductis rationibus et argumentis, urgere porro in animum induxerint, ut scilicet Serenissimam Regiam Poloniae Maiestatem in Suetiam aliquam partem militum exercitus sui ex Livonia, postulante id aliquando bellicae istius societatis necessitate, mittere sit necesse, aequum esse vicissim nobis omnino persuademus, ut etiam Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae eandem compensationem nobis Regiae Daniae Maiestatis nomine promittant. Nempe, ut cumprimis omnes equestris ordinis et status homines, quos in Livonia sibi Regia Danorum Maiestas habet subditos et subiectos et qui antea semper, coniunctis cum caeteris Livoniae populis viribus et armis, contra communes patriae hostes in acie stare bellaque gerere soliti fuerunt et adstricti, nunc etiam in principio belli socialis huius copiis Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis adiungantur, qui una cum Regiis militibus sub signis atque exercituum Regiae Poloniae Maiestatis in Livonia duce, et ad expellenda Suedica praesidia et ad oppugnandas munitiones, durante hoc bello, praesto semper adsint atque una gerant et continent bellum.

Quod si autem pro ratione temporis atque eventu et successu rerum, tum et rei bellicae necessitate statuque et occasione, id quod omen Deus longe propulset et obruat, auxilia in Livonia Serenissimus Rex noster exposcat, ea illius Maiestati vicissim Serenissimus Rex Daniae, Dominus noster clementissimus, ex Suetia aut Dania, pro iure iam societatis huius dare atque in Livoniam mittere sit obstrictus.

De numero militum Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis dictum est iam aliquoties, nos ea de re penitus posse dicere certi nihil. Quod enim, absentibus nobis, miles Germanicus scriptus est Caenae et expeditus nona huius mensis, scilicet iam nobis constare non potest de eius certo numero. Si quidem Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, praeter Germanos Livonesque partem ex Polonis, partem ex Rhutenis, additis eis aliquot milibus Tartarorum, exercitum hunc in Livoniam cooptare colligereque et mittere constituit.

Quod autem sextum et septimum atque adeo octavum articulum, tum sibi novam de Soneburga clausulam adiunctam attinet, de iis iam

omnibus tam multa utrinque verba in medium sunt producta, ut profecto nesciamus, quibus deinceps argumentis in eis amplificandis et clarificandis comprobandisque et confirmandis uti debeamus, cum de iis etiam nulla alia habeamus mandata, quam quae iam in medium adducta sunt. Ne tamen quid in medio, quod dicitur, cursu indefinitum relinquamus, volumus nos ea omnia, quae a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris in isto negotio in scriptis sunt nobis nomine Serenissimae Daniae Regiae Maiestatis exhibita, ad Serenissimam Regiam Poloniae Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, humillime, diligentissime et fidelissime deferre. Speramus autem et omnino confidimus eius Regiam Poloniae Maiestatem, ut est in Serenissimum Dominum Danorum Regem, Dominum nostrum clementissimum, affectissima illiusque Maiestatis observandissima ac studiosissima, primo quoque tempore animi sui atque amoris et benevolentiae significationem in hoc negotio erga Serenissimum Dominum Danorum Regem declaraturam, ut omnino eius Serenissima Danorum Maiestas non tantum intelligat, sed etiam palam cognoscat et re ipsa experiatur sibi cum Rege amicissimo sui que observandissimo rem esse, et quod communium amicorum arbitrio in hoc articulo reservatura erat, ipsammet Regiam Poloniae Maiestatem facile concessuram.

Petimus autem Magnificas et Generosas Dominationes Vestras atque amicissime ab eis postulamus, ut hanc quoque mandatorum nostrorum declarationem in optimam partem a nobis accipiant. Quod si vero in iis superius expressis atque in medium prolatis deductionibus nostris acquiescere se posse intellexerint, nobiscum ad ulteriorem et plenariam huius bellicae societatis confirmationem descendant, ne hic nos diutius frustra tempus sine fructu communique omnium nostrum desiderata consolatione terere videamur, sanctissimaeque istius societatis vincula, quae in Dei Optimi Maximi nomine auspicata sunt, ut ad optatissimum finem deducamus. Amen.

Capita transactionum seu conditionum, nobis a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris ex parte Serenissimae Danorum Regiae Maiestatis exhibita scriptoque comprae-hensa,²⁾ et libenter et reverenter accipimus, eaque in tractationes (quas Dei beneficio auxilioque et ope finem optatissimum sortituras hic esse confidimus) facillime adscribi paciemur. Hoc etiam adhuc unico articulo, praeter illum, qui de Duce Curlandiae primo loco mutandus erit, ex parte Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, adiecto, ut libera sit quoque navigandi atque mercandi facultas et potestas per maria omnibus Regiae Maiestatis Poloniae subditis, tam ex Regno Poloniae, quam ex Ducatu Prussiae et Livoniae, ac una ex aliis omnibus et singulis dominiis et provinciis eius Regiae Maiestatis, et id quidem etiam sine ullo impedimento et contradictione Regis Suecorum vel quorumvis illius subditorum.

Caeterum, quod Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae nobis optimam spem faciunt Regiam Danorum Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, erga Illustrem Dominum Ioannem Finlandiae Ducem indignationem in illum suam, ad intercessionem Sacrae Regiae Poloniae Maiestatis, mitigaturum, hac re nullam maiorem unquam ad stabilendam mutuam necessitudinis huius amicitiaeque confirmationem praestare in Sacram Regiam Poloniae Maiestatem eius Regia Daniae Maiestas poterit exhibere significationem. Tum et Dominationes Vestrae Magnificae

et Generosae nullum maius obsequium aut studium in Serenissimum Dominum Regem Poloniae poterunt ad demerendum tantae Maiestatis favorem declarare, nisi cum partes Principis huius in gratiam Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, apud Serenissimum Dominum Danorum Norvegorumque Regem ita promovere conabuntur, ut patrocinium hoc Magnificarum et Generosarum Dominationum Vestrarum magnum eius Celsitudinis Illustrissimae benevolentiae et amoris acervum apud Regiam Daniae Maiestatem conciliare videatur.

In dorso manu Paselick: F. Uf diese antwort wir nichts schriftlich ubergeben. Sondern die notel unser instruction gemess zu kurtzung des handels gestelt und uberantwortet. Weil mit den wechselschriften vile zeit zugebracht.

Daruf haben sie die lateinische notell mit G. widder eingebracht.

z) *Sic in ms.*

N. 76.

[*Primum Stralsundii, deinde Stettini, ante 5 Octobris 1563*]

*Commissarii regis Poloniae et commissarii regis Daniae
ad rei memoriam*

de societate bellica ineunda tractatus.

(Conceptum vel unus ex textibus praeliminaribus. Textum plenum, signatum et acceptum v. N. 88)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

In nomine Sanctissimae atque Individuae Trinitatis. Amen.

Notum testatumque sit in universum omnibus atque seorsim singulis, harum aliquando notitiam habituris. Quod cum Rex Suetiae Ericus, nulla unquam a quoquam Rege offensus, tum et neque provocatus aut lacessitus iniuria, sanctissimum illud dulcissimae atque optatissimae pacis et tranquillitatis vinculum rumpens, in Regna, Provintias, Ditiones, Maria^{a)} et Dominia Serenissimorum Potentissimorumque Poloniae etc. atque Daniae Norvegiaeque etc. Regum,^{b)} Dominorum nostrorum clementissimorum, caeca quadam libidinis suae cupiditate debachari atque saevire inceperit, populosque Maiestatibus illarum subiectos terra marique infestare et sine ullo Christianae pietatis discrimine lacerare et opprimere, ferro igneque persequi ac in suam potestatem redigere perrexerit. Eo tandem caecitatis pervenit, ut et calumnia utraque illarum Maiestate adfecta, nomen Suarum Maiestatum Serenissimarum, per se alioquin semper antehac et ubique gentium laudatissimum, integerrimamque ac celebratissimam illarum Maiestatum famam convitiis afficere, tum et diminuere fuerit conatus. Qui cum ab isto suo iniquo, iniusto impioque et Principe Christiano indignissimo proposito atque instituto iustissimis rationibus et amicissimis frequentissimisque admonitionibus, tum et convenientissimis persuasionibus, ab utraque Serenissima illarum Regiis Maiestatibus multoties et ultra, quam par fuit, advocaretur, spretis omnibus sibi oblatis tam sanctissimis occasionibus

atque conditionibus, nihilominus ita mordicus in suo persistit proposito, ut indies magis magisque superbire, cristas erigere et in utranque illarum Serenissimam Regiam Maiestatem usque adeo exacuere dentes videretur, ut omnino tandem earum Serenissimae Regiae Maiestates famae, honoris et existimationis ac reputationis suae causa, conservandorumque Regnorum, provinciarum, ditionum, dominiorum ac populorum deinceps omnium suorum, terra marique habitorum et possessorum, tum et privatae publicaeque tranquillitatis stabiliendae et retinendae gratia, longe aliam rationem et media quaerere sunt coactae, quam unquam in animum induxerant suum. Ne itaque sibi suisque deesse, ac omnino contumelias, iniurias, convitia, pericula damnaque, a Sueco Suis Maiestatibus illata, parvi facere aut contemnere viderentur, mittere ^{c)} Stralsundium, ^{d)} deinde, cum istic plenarie omnino transigi nequiret, iterum etiam huc Stetinum, ^{e)} nos communes suos commissarios utriusque Maiestati illarum ad diem et tempus praefixum libuit, ut quandoquidem a Sueco utraque illarum Maiestas paribus rationibus iniuriarum fuerit affecta, pari etiam ratione, communicatis consiliis de modo et ratione defensionis, de societateque belli ineunda et de coniungendis viribus, Suecorum Regis machinationibus obviam parandis mittendisque, in hoc praefato Conventu moderno tractaremus, consultaremus, et quicquid ex re, honestate et commodo laudeque et gloria utrarumque illarum Maiestatum futurum existimaremus, concluderemus, statueremus, confirmaremus et ratum gratumque stabiliremus.

Proinde nos, Franciscus Russoczki etc., nomine Serenissimi Domini Domini Sigismundi Augusti etc., ac nos, Georgius Luck de Offwergart etc., Serenissimi Domini Domini Friderici Secundi etc. deputati Commissarii, ^{f)} hic ^{g)} convenientes ac mutuis sermonibus collatis tractatisque ac diu deliberatis conditionibus et articulis omnibus de societate belli istius contra Suecum et eius adhaerentes ineunda, in eum tandem, vigore nobis datorum mandatorum et commissionum, convenimus qui sequitur modum.

Principio Serenissima Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, vult prout et debet, intra huius praesentis mensis spatium tam copiosum et numerosum ex equite et pedite milite congregatum exercitum in Livoniam mittere, quanto maiorem nunc et ampliorem colligere per omnem occasionem aut facultatem suam poterit, eumque ita instructum et paratum ad recuperandas a Sueco occupatas civitates et arces ac ad amovendas propulsandasque ex eis Suedicas munitiones et praesidia convertere atque ibi ea omnia tam diu experiri et tentare, quaecunque ad omnimodam eliberationem dictarum civitatum et arcium pertinent, donec, quantum Deus et fortunae eventus patitur, omnia ad optatum desideratumque finem in Livonia, aut per victoriam amborum Regum aut per viam transactionis, iuxta conditiones inferius specificatas, perducantur. Ut scilicet utriusque Regiae Maiestati de suo interesse, quaecunque in Suedo desiderabuntur, ex utriusque consensu et voluntate per omnia satisfiat.

Ex altera item parte, vult etiam et debet Serenissima Regia Danorum et Norvegorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, cum omni suo tam equitum quam peditum numero et exercitu cumque classe universa, infra eundem, ut iam est dictum, mensem, Regnum Suetiae aggredi et tam terra quam mari illud adoriri, ferroque ac igne ^{h)} vastare ac omnia denique etiam ita experiri, ut nihil penitus intentatum esse videatur, quod ad offitium iam mutuae susceptae societatis bellicae

pertinere quis existimet. Ad extremum vero pro se quisque in istius tam immanis et truculenti hostis, Regis Suecorum, perniciem ac detrimentum et interneconem illarum²⁾ Regia Maiestas est omnia factura, ut omnino intelligat et experiatur Suecus se iniuste et sine causa utrumque Regem ad hoc certamen provocavisse.

Ad haec si civitates in Estoniae Ducatu, quae olim a¹⁾ Livoniae Magistris possessae¹⁾ fuerunt, nunc autem a Suetiae Rege ferociter ac violenter, contra omne ius et aequitatem, occupantur, nempe Weissenstein, Pernovia, Padis, Revalia, cum omnibus attinentiis, aut aliae etiam Suedicae in Livonia munitiones, deditionem facere omnino nollent atque ita longiore obsidione opus esset, vult Regia Poloniae Maiestas ac sese lubenter submittit propriis suis sumptibus et impensis, quanto citius eius rei dabitur facultas et occasio, eas omnes eliberare velle, neque prius ab incepto desistere, nisi Dei Omnipotentis auxilio adiutorioque rerum fuerit potita.

Quod si vero ipsa belli ratio per Regnum Poloniae ad eum, uti dictum est, modum constituta fuerit, tum demum capto ex re et occasione aut tempore consilio, utraeque earum Maiestates rebus communibus deesse non debebunt, sed eas fideliter candideque, quemadmodum confoederatos et consociatos ac amicissimos Principes decet, pro rei exigentia atque necessitate promovere tuerique et defendere pecuniaque et sumptibus mutuis iuvare erunt obstricti. Quae omnia ad rationem temporum et occasionum, tum et ad rei ipsius oportunitatem, accommodare tenebuntur.

Non debebunt autem neque volent utraque, Poloniae scilicet ac Danorum Norvegorumque Maiestates, Domini nostri clementissimi, altera sine alterius assensu et voluntate cum Suedorum Rege in ulla transactionum conditiones seu tractationes descendere aut consentire, nisi prius hac de re inter illarum Maiestates ex omni parte conveniat.

Conditiones autem utriusque Maiestatis Regiae hae cum primis necessario erunt proponendae:

Principio ex parte Regiae Poloniae Maiestatis, ut Dominum Curlandiae Ducem, clientem et vasallum Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, quem non bello neque armis, sed iudicio Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae persequi debebat, in posterum neque bello aut armis infestet, sed eius Illustritati de iniuriis illatis atque damnis per omnia satisfaciat damnaque illata in toto resarciat ac parata pecunia rependat.

Secundo, ut in Livonia ea omnia Regiae Poloniae Maiestati, Domino nostro clementissimo, quae ibi occupavit, restituat et praesidia inde sua statim amoveat ac deducat liberaque omnia in manus eius Regiae Maiestatis Poloniae mandatarii, sine ulla tergiversatione et mora procrastinationeque, reddat et tradat.

Tertio, ^{k)} ut una cum impensis in bellicam hanc expeditionem factis¹⁾ damna et iniurias, tam Regiae Poloniae Maiestati quam illius Maiestatis subditis quovis modo per omne id tempus illatas, etiam resarciat et rependat.

Quarto et ultimo, ut faciat liberam navigandi atque mercandi potestatem et facultatem per maria omnia omnibus Regiae Maiestatis Poloniae subditis, tam ex Regno Poloniae quam ex Ducatu Prussiae et Livoniae, ac una ex aliis omnibus et singulis dominiis et provinciis eius Regiae Poloniae Maiestatis, et id quidem sine omni impedimento et contradictione Suecorum Regis, vel quorumvis eius subditorum aut illi adhaerentium.

Regiae vero Danorum Norvegorumque etc. Maiestatis nomine articuli et conditiones erunt exhibendae:

Principio, ut Rex Suecorum usum armorum seu insignium Serenissimae Regiae Danorum Maiestatis regiarum,²⁾ tam super Regno Daniae quam Regno Norvegiae, ante omnia deponat atque eisdem in forma meliore renunciaret.

Secundo, ut idem Rex Suetiae, quicquid in Scania aut aliis locis in Regno Daniae et Norvegiae, aut etiam in Livonia Ducis Magni, Principis Holsatiae etc., terra marique occupavit, illud cum omnibus utilitatibus et fructibus perceptis Serenissimae Regiae Danorum Maiestati quam primum restituat et compenset.

Tertio, ut Rex Suetiae omni iuri, quod quidem in Regno Norvegiae, Gotlandia et Scania etc. se habere hactenus asseruit, modo meliore et forma renunciaret eamque renunciationem scripto compraehehsam Regiae Daniae Maiestati offerat.

Quarto, ut liberam quoque navigandi facultatem et mercimonia exercendi, tam Regiae Daniae Maiestatis subditis quam omnibus hominibus, sine quovis impedimento concedat.

In primis autem, ut Rex Suetiae cautionem praestet se Lubecensibus omnia damna et iniurias illatas secundum ius et aequum compensaturum ipso de singulis gravaminibus satisfacturum.

Quinto, omnes expensas, quas Serenissima Danorum Regia Maiestas, vi et iniuriis Regis Suetiae provocata, in hoc bello terra marique gerendo fecerit, Rex Suetiae plene persolvat et refundat.

Sexto, dissensio de tribus Coronis, et si quae praeterea sunt legitimae disceptationis causae, ut secundum foedera, more maiorum, per utriusque Regis deputatos consiliarios dirimatur ac in genere antiqua foedera, variis quidem modis labefactata, renoventur et bona fide conserventur.

Quod si vero transactiones istarum conditionum duriores, quam ut eis^{m)} Suecus satisfacere queat, videbuntur, quaeri poterint et investigari utrinque rationes, quibus alter alterius sententiam de conditionibus transactionis futurae exquirere ac deinde in medium producere ac declarare possit. Quod ut ex aequo et iusto utrique illarum Maiestati Regiae par sit ad eam rem potestas, sponte sese ambae Maiestates Regiae submiserunt, tum et illud pollicitae sunt mutuo, quod Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, in id totis viribus atque conatibus incumbere durante hac societateⁿ⁾ debet, ut in Prussia, Livonia, Pomerania, Megapoli, quemadmodum id hactenus ab eius Regia Poloniae Maiestate factum est, diligenter Suedo passus et transportandi commeatus facultas intercludatur; Regiaque Daniae Maiestas vicissim idem in Regnis Daniae Norvegiaeque, tum et in Ducatibus Slesvici et Holsatiae ac in aliis civitatibus vicinis, praesertim Lubecensi et Hamburgensi, facturam promisit.

Quod si vero quisquam Regum aut Principum, sive statuum aut civitatum, Regi Suetiae sese, durante hoc bello Suedico, adiungere et illi adhaerere atque hanc contra mutuam belli societatem aliquid machinari aut moliri voluerit, eiusmodi istorum conatibus communibus consiliis, ingenio, viribus ac unanimi ope et consensu obviam omnino ire utraque illarum Maiestas se submisit et est pollicita.

Quibus quoque liberum erit in hanc societatem bellicam quosvis Principes, status, civitates, pro peculiari tamen contra Suedum auxilio, recipere. Cuius rei gratia statim a Serenissima Regia Danorum Maiestate occasio cum civitate Lubecensi intermissa non est. Ob cuius socie-

tatem et adhaerentiam si fortasse in tractationum transactiones esset descendendum, spondent hic quoque utraeque illarum Maiestates se sine civitate Lubecensi nihil transigere et neque tractare velle cum Rege Suedorum.

Est etiam hic nomine Regiae Serenissimae Maiestatis Daniae, Domini nostri clementissimi, expresse facta plenaria declaratio: non debere hanc belli societatem initam intelligi contra Imperatoriam Regiamque Romanorum Maiestates ac Sacrum Imperium Germanicae Nationis. Ita similiter neque contra Serenissimas Regias Hispaniarum, Galliarum, Angliae Scotiaeque Maiestates, tum et contra eius Serenissimae Daniae Maiestatis pacem cum Moschorum Duce^{o)} constitutam.

De hoc quoque inter illarum Serenissimas Regias Maiestates convenit: societatem hanc belli non ad tempus, sed in eventum aut victoriae^{p)} aut transactionis institutam esse, ita videlicet, ut haec societas nulla ratione^{o)} prius dissolvatur, quam utrarumque Regiarum Maiestatum mutua voluntas et consensus ad eam rem intervenerit.

^{r)} Quia vero Serenissimae Danorum Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, legati et commissarii Serenissimum Daniae Regem suum ius quoddam se antiquitus in Estoniae Ducatum habere prae se ferebant atque ideo cognitionem aut compositionem huius negotii, quemadmodum id voluit et cupivit Serenissima Regia Poloniae Maiestas, in communium arbitratorum sententiam aut iudicium submittere nollet, sed omnino cuperet, ut civitates et arces, nempe Weissenstein, Pernovia, Padis, quae antehac semper Magistrorum Livoniae fuerunt quasque nunc Suedus violenter occupatas possidet, in compensationem dicti iuris et^{s)} sumptuum, quos se maiores Serenissima Regia Poloniae Maiestate in hac contra Suedum expeditione impendisse affirmat, venirent essentque deinceps (excepta arce et civitate totoque districtu Revaliensi cum iis omnibus, quae iam illius iurisdictionis sunt¹⁾ [et] antiquitus eius iurisdictionis fuerunt) cum omnibus attinentiis (salvis tamen nobilitati aliisque suis possessionibus et bonis, a Magistris Ordinis et ipsa quoque Serenissima Regia Poloniae Maiestate concessis atque collatis) cumque integro et illeso iure Episcopatus Revaliensis, ipsius Regiae Daniae Maiestatis haereditaria et propria.²⁾

Sed quia quantum ad hunc articulum constituendum definiendumque et concludendum attinet, Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis legati et commissarii ultra prius exhibitum nullum aliud habuerunt mandatum, proinde istius totius articuli finalem resolutionem in arbitrium et consensum atque interpretationem Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini sui clementissimi, referendum esse putaverunt. Quod enim idem ipsi Serenissimae Daniae Maiestatis commissarii concedendum condonandumque sibi esse voluerunt, in articulo de Illustrissimo Domino Ioanne^{u)} Duce Finlandiae in amicitiam Serenissimae Regiae Danorum Maiestatis recipiendo et loco amici reputando, ut ea Serenissimae Regiae Danorum Maiestati, Domino suo clementissimo, diligenter referantur ac tandem amplior Regiae Daniae Maiestatis resolutio expectetur, existimaverunt Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae commissarii sibi quoque pace et bona gratia Serenissimi Domini Daniae Regis commissariorum et legatorum licere, quod illis vicissim a se non est denegatum. In hoc tamen utrinque inter illos est conventum et conclusum istos duos ab utraque Regia Maiestate in medium productos nec definitos articulos plenius et uberius atque clarius discutiendos Principibus suis referre debere, nihilque dubitare, quin illarum Maiestates Serenissimae, unaquaeque in suum articulum, eiusmodi resolutionem una alteri primo

quoque tempore sit missura, in qua utrinque illarum Maiestates contentissimae sint futurae, et id quidem libenter et ex animo.

Quae omnia nos huic rei designati commissarii legatiquae superius nominatim expressi, vigore mandatorum etc.

In dorso: G.

- a) *Verbum: Maria in margine additum.*
b) *in ms. verba: Serenissimorum... etc. Regum linea subducta sunt; in margine legitur: Nota. Ne semper Regis nostri titulus praepnatur Polonico. Quod si concludetur illa litera, qua nostri dabunt Polonicis Soneberg, contineat titulum nostri Regis priorem. Initio sciri potest, si suum deinde Regem vicissim in sua litera Poloni proponant, quem nostri accepturi sunt. Id autem observandum est in omnibus clausulis sequentibus.*
c) *in ms. sequitur expunctum verbum: huc*
d)-e) *verba addita in margine.*
f) *verba: nos, Georgius... deputati Commissarii in ms. linea subducta sunt; in margine legitur: Nota. Nostri etiam in nostra praepnantur.*
g) *in ms. sequuntur expuncta verba: Stralsundii in Pomerania*
h) *in ms. sequitur expunctum verbum: totum.*
i) *sequitur verbum expunctum: semper.*
j) *verbum: possessae super lineam additum loco cuiusdam verbi expuncti.*
k)-l) *verba in margine addita.*
m) *verbum: eis ex alio correctum.*
n) *societate suprascriptum loco expunctorum verborum: Suedico bello*
o) *verba: pacem cum Moschorum Duce correctae ex: confoederatum Moschorum Ducem*
p) *hic in margine addita sunt aliqua verba, expuncta, excepto verbo Maiestatis*
q) *verba: nulla ratione suprascripta pro verbo quodam expuncto.*
r) *fragmentum, quod inde sequitur, in ms. usque ad finem expunctum apparet.*
s) *verba: dicti iuris et in margine addita.*
t) *verba: iam illius iurisdictionis sunt in margine manu Paselick*
u) *nomen: Ioanne suprascriptum.*
z) *sic in ms.*

N. 77.

Stralsundii, 31 Iulii 1563.

Georgius Lykke et Caspar Paselick

ad Fridericum II regem Daniae

relatio de negotiationibus cum commissariis Polonis.

(Orig., autogr. Caspari Paselick, annulis obsignatum)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Durchlauchtigster, grosmechtiger, hochgeborner furst, gnedigster konig und herr.

Eur Kon.Ma' sein unser underthenigst, getreuwe und gehorsame dienst ieder zeit zuuor. Eur Kon.Ma' schreiben, den 25. ditz monats datirt, haben wir gistrigs tages alhie mit geburender reuerentz underthenigst empfangen. Wollen daruf Eur Kon.Ma' underthenigst nicht verhalten, das wir den 24. dises monats alhie zeitlich angelangt, und diese acht tage uber mit der kon.ma' zu Polen anhero verordenten commissarien, uf Eur Kon.Ma' beuelich mit allem getreuwen fleiss gehandelt. Es hath aber der handell bis doher seine geburliche endtschaft nicht erreichen mogen, weil der erstattung des halben krigskosten halber, auch wegen der aurustung der schif, dauon in Eur Kon.Ma' schreiben gemelt, grose schwerheit erregt. So haben auch die kon.ma' zu Polen, wie die gesandten abgefertigt, der Sonneburgischen handlung halber

kein wissenschaft gehabt, und sie, die gesandten, vill weniger derhalben mit einigen beuelich versehen können.

Und ist ire gantze erclerung von anfang biss zu dieser zeit dohin gericht, das die kon.ma' zu Polen die schwedische besatzungen allein zu bekriegen und zu belagern vernhemem und Eur Ma' hinwider Schweden allein zu uberzihen haben mogen. Und weil Eur Kon.Ma' alles was die in Schweden erobern werden zugelassen, so sei ie nicht unbillich, das der kon.ma' zu Polen das iennige, was in Liflandt zu erlangen, auch allein gegunt werden moege.

Wegen hertzogk Hansen zu Finlandt ist in namen der kon.ma' zu Polen bei uns grose vorbitt geschen, das er vor freunt, und nicht vor feindt gehalten werde. Wir haben aber erbietem gethan, solches an Eur Kon.Ma' mit underthenigsten fleiss gelangen zu lasen, und uns, doch one alle vertroistung, glimpflich dauon abgeholfen. Nun haben wir ^{a)} auch vermerckt in dem articel, wan sich ander potentaten dem Schweden anhengig machen wurden, das sie nicht in den gemeinen kosten willigen wollen, sondern dass denselben mit gemeinen widderstandt beieget werde, und lasen uns ^{b)} beduncken, das solches aus mangel des des ^{c)} geldts herfliese.

Heut haben wir ihnen eine notell Eur Kon.Ma' beuelich gemess zugestellt, darauf seindt wir irer erclerung gewertig, ob sie sich darauf mit uns einzulassen beueligt. Wir haben aber aus den wechselschriften, als zwischen uns ergangen, nicht anders zu ermessen, den das die gefurderte ausrustung der schif nicht folgen werde. So haben wir auch uf die heuser Reuel, Pernouw, Padis, Wittenstein, stett und gebiet, wenig hofnung zu schepfen. Und weil gleichwol diese hendell gros wichtig und wir weiters beuelichs zum hochsten von noten, darmit wir uns nicht zu weit vertiefen, oder den handel abschlagen mogen, seindt wir nicht wenig bekumert, was wir hirin thun oder lasen sollen. Wir wollen aber unser underthenigsten pflicht nach, das iennig hirin vernhemem, das Eur Kon.Ma' beuelich nicht ungemess, oder sunst unsers besten verstands zu Eur Kon.Ma' glimpf und besten zugereichen. Wiewol hochbedencklich und beschwerlich in diesen hendlen, daran in itzigen zustandt Eur Kon.Ma' treflich vill angelegen, one austruglichen beuelich zu handeln.

Es seindt hie bei den kaufleuten zeitung kommen, das die kon.ma' zu Polen mit dem Moscovitter ein treffen gethan, darin der polnisch konnig das felt erhalten, und vill Moscovitter todt plieben. Wie haben aber die polnischen commissarien darumb gefragt, die wissen nicht gewisses dauon zu berichten. Die zeit wirdts geben.

Das Eur Kon.Ma' wir underthenigst nicht wollen verhalten, und seindt Eur Kon.Ma' als unserm gnedigsten hern ungespartes leibes und guts, getreuwlich und underthenigst zu dienen erbotig, schuldig und willig. Thun hirmit Eur Kon.Ma' in den gnadenreichen und gewaltigen schutz des Almechtigen zu langwiriger leibs gesuntheit, gluglichen regiment und zu victori und uberwindung aller Eur Ma' feinde underthenigst und getreuwlich empfehlen.

Datum zum Stralsundt, sonabendts den letzten monatstagk Julij, Anno 1563.

Eur Kon.Ma'
underthenigste
und getreuwe
Jurgen Luck ritter
Caspar Paselick uf Liddouu

In schedula:

Die konniglichen polnischen commissarij haben sich zu vilmaln vernhemem lasen, das sie wegen ander ires gnedigsten hern gescheft an mer orten zu thun haben, und daruf den handell zu kurtzen gebeten, damit sie zur unnotrufft nicht ufgehalten. Nun wehren wir^{d)} erbotig, wie das die notruft der hendel wol erfurdert, was wir uf die ubergeben notell zum eusersten von ihnen zur antwort erlangt, mit einer post an Eur Kon.Ma^t gelangen zu lasen, darmit wir mit endtlichen beuelich versehen werden mochten. Weil aber die polnischen gesandten commissarien fast eilen, und Eur Kon.Ma^t uns in Irem schreiben befelen, den handell zu furderlichen beschluss zu befurdern, so mussen wir den lieben Gott und Eur Kon.Ma^t gnedigsten beuehl vor augen haben, und das handeln und verabscheiden, das zu Eur Kon.Ma^t glimpf und besten zugereichen. Darin wir dan an unserm underthenigsten getreuwen fleiss nicht wollen erwinden lasen.

In dorso: Dem durchlauchtigsten, grosmechtigen, hochgebornen fursten und hern, hern Friderich dem Andern zu Dennemarck und Norwegen... *etc.* konnig *etc.* underthenigst.

In tegumento alia manu: Caspar Paselick Stralsundt ultimo Iulii 1563. Belangend die polnische bundtshandlung daselbsten.

a) wir *correct.* ex ich

c) des des *sic.* in *ms.*

b) uns *correct.* ex mich

d) wir *expunct.*

N. 78.

Stralsundii, 4 Augusti 1563.

*Franciscus Russocki, Gabriel Grabowiecki et Michael Brunow
ad commissarios Friderici II regis Daniae;
articuli ad societatem bellicam concludendam (ex parte Polonica).*

(Orig.,) tribus annulis obsignatum **)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Posteaquam Serenissimus ac Potentissimus Princeps et Dominus, Dominus Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, *etc.* nos, Franciscum Russoczki, Castellanium Naklensem, Gabrielem Grabowitzki, Tribunalium Lomsensem, Capitaneum Mlavensem, et Michaelem Brunaw, Secretarium, huc Stralsundium ablegavisset, ut cum Serenissimi et Potentissimi Principis et Domini Friderici Secundi, Dei gratia Danorum, *etc.* Regis *etc.* Legatis et Commissariis ad praefixum diem de ineunda contra communem Suarum Maiestatum Regiarum hostem, Suetiae Regem, belli societate actiones tractatusque institueremus, nos quidem pro ratione nostri officii cum eiusdem Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis Commissariis, Magnificis, Strenuis ac Generosis Dominis, Domino Georgio Luck de Offwergart, Equite Aurato, et Casparo Paselick de Lydow, Decano Roschildensi, mutuis sententiis collatis et deliberatis conditionibus et articulis omnibus, ad hanc societatem belli pertinentibus, nihil maluis-

semus, quam ut haec tractatio foelicissimis auspitiis instituta ex sententia utriusque Regiae Maiestatis ad optatum finem perduci potuisset. Qua in re utrinque, sicut decuit, nulli neque diligentiae nec labori nostro pepercimus. Cum autem in gravissimis huius actionis articulis, propter defectum mandatorum, in aliquibus capitibus nihil certi hoc tempore definiri possit, operae pretium esse existimavimus ea capita, quae praecipuam difficultatem habent, hoc loco commemorare.

Principio Serenissima Regia Daniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, a Serenissima Regia Poloniae Maiestate, fratre et consanguineo charissimo, petit, ut Regia Sua Maiestas octo naves, omni instrumento bellico et rebus ad expeditionem navalem necessariis instructas, intra duos menses mittat, quae cum navibus Regiae Daniae Maiestatis in mari se coniungant et ex praecepto Admiraldi Danici contra Suetiae Regem fideliter opem ferant, nec a navibus Danicis in ullo periculo discedant. Atque ut illis navibus Serenissima Regia Poloniae Maiestas sumptus et res necessarias tam diu praebeat, donec haec belli societates vel per victoriam vel per transactionem ad optatum finem perducatur.

Secundo, cum Serenissima Daniae Regia Maiestas maximum exercitum in Suetiam ducat et ultra triginta naves, atque eas, quas Civitates in subsidium mittunt, ad bellum instructas in mari sola sustentet, ac plane convenire videatur, ut in talibus actionibus, in quibus de coniunctione et amicitia potentissimorum Regum agitur, summa aequalitas servetur, petit Serenissima Regia Daniae Maiestas, ut Serenissima Regia Poloniae Maiestas Regiae Maiestati Daniae, aut Maiestatis Suae Commissario, pro recompensatione dimidii bellicorum sumptuum et eius iuris, quod se antiquitus in Ducatum Estoniae habere asserit, eas arcas, civitates et subditos, quos antea Magistri Ordinis possederunt, nunc autem per vim a Suedo detinentur, nempe Pernoviam, Weissenstein et Padim, aut ad minus Pernoviam et Padim, si tamen accesserit Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis consensus et voluntas, post victoriam cum omni instrumento bellico, commeatu et omnibus iuribus et pertinentiis iure domini sui proprietatis tradat et concedat.

Tertio, petit Serenissima Regia Daniae Maiestas, ut Serenissima Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, transactionem de arce et districtu Soneburg, cum eius arcis praeside factam, confirmare et ratihabere velit. Regia autem Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, primum id voluit petiitque, ut in gratiam eius Serenissimae Regiae Maiestatis Serenissimus Dominus Daniae Rex Illustrissimum Dominum Ioannem Ducem Finlandiae, eius Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis affinem, non pro hoste in Finlandia armis persequeretur, sed amici prorsus loco eius Illustritatem reputari pateretur. Deinde, ut nobilitati et subditis aliis, quos eius Regia Daniae Maiestas in Livonia subiectos habet, militiam nempe, et ut se pro antiquo more patrio etiam nunc ad expugnandas Suedicas munitiones exercitui Regiae Poloniae Maiestatis quam primum coniungant, neque eum deserant, donec vel victoria vel transactione societatis hoc bellum diremptum fuerit.

In conclusione horum articulorum, cum mandata Serenissimarum Regiarum Maiestatum utrinque plane non convenirent, necessarium esse existimavimus de rebus gravissimis, quae inter nos actae sunt, ad Serenissimos Reges nostros humiliter referre.

Ut autem ea, quae hoc loco feliciter cepta et in hunc statum deducta sunt, ad optatum finem perducantur, promittimus nos, Franciscus

Russoczki, Gabriel Grabowietzki et Michael Brunnaw, Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae Commissarii, nos cum finali resolutione Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, in his articulis ad diem Mathei Apostoli, quae est dies 21 Septembris, in urbe Pomeraniae Stetinio, Deo volente, certo adfuturos esse. Quod itidem Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis commemorati commissarii se facturos esse receperunt. Ne autem huius temporis mora in utriusque Regiae Maiestatis parata belli expeditione aliquid afferat incommodi, cautum est utrinque, ut tam Serenissima Regia Poloniae quam Regia Danorum Norvegorumque Maiestas non minore constantia adversus Suecum bella gerant, quam si haec instituta actio ad eum quem debuerat finem fuisset deducta. Tum denique ut neutra illarum Regiarum Maiestatum interea temporis cum hoste transigat, nisi expresse utrique Regiae Maiestati atque earundem subditis et adhaerentibus, cuilibet pro suo interesse, iuxta praescriptum conditionum sive mediorum transactionis instituendae, hinc inde exhibitorum, simul ab hoste Suedo satisfiat. In cuius rei maiorem fidem nos huius recessus literas nostris sigillis communivimus. Actum et datum Stralsundii III mensis Augusti Anno Christiano MDLXIII.

u) Franciscus Rusoczki Castellanus Naklensis manu propria subscripsit.

Gabriel Grabowieczki, Tribunus Lomsensis et Mlawensis Capitaneus manu propria subscripsit.

Michael Brunnaw Secretarius manu propria.v)

In margine superiore alia manu: 4 Augusti 1563.

Bescheidt bei der Stralsund handlung aufgerichtet.

*) *Iam editum in: Danmark - Norges Trakt. II, 1912, nr. 6A.*

**) *Hic in archivo adest exemplar ex parte Daniae conscriptum. Textus identicus ac praecedens, in quo tamen primo loco rex*

Daniae et eius deputati nominantur; subscriptiones deputatorum desunt, sub textu legitur: Petrus Miscowski Regni Poloniae Vicecancellarius subscripsit.

u)-v) *manibus propriis.*

N. 79.

In castris ad Älvsborg, 6 Septembris 1563.

Fridericus II rex Daniae

ad commissarios suos

instructio ad negotiationes cum commissariis Polonis de rebus nondum expeditis.

(Orig., sig. In archivo sequitur exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Unnsere konnig Friderichs zu Dennemarcken resolution auf die jungst zum Stralsundt mitt den polnischen commissarien unerledigte puncten in handelung der kriegsgesellschaft gegen Schweden neben ferner instruction, worauf von den unsern zu schlissen.

Zum ersten die von dem konig zu Polen gefurderte acht schiff betreffend, halhten wirs dafur, dass derhalb weinig volgen kan. Uber das

sich auch die winters zeit dermassen anher nahet, das diss jar gesetzt, da sie auch folgen wurden wenig dadurch zu beschaffen. Doch wie dem solte vermerckt werden, das etwas von schiffen zu erlangen, soll vleissig darauf gehandelt werden, unnd ist in dem die zall nicht antzusehen, doch das ^{a)} keine freybeutter, sondern ansehnliche schiff von orlage mitt aller notturfft, wie ohne das specificirt, angenomen werden. Wolte dan disfals nichts volgen so kan aus disser puncten abschlag gelegenheit gefast werden, desto bequemer auf die erstattung dess gefurderten theils an Krigs kosten, oder die gesuchte stette unnd schlosser in Lieflandt der ursach unnd sonst alther gerechtigkeit halber zu dringen.

Unnd sollen unsere gesanntten auf dem hause Weissenstein hartt haltten, die stadt und schloss Reuel muge zu letzt nachgegeben werden, doch mit aussdrucklichem furbehalt unnsrer unnd unsers reichs Denemarcken gerechtigkeit daran, wie auch dem gantzen hertzogthumb Estonien. Wan dan Wittenstein nicht volgen will, mag das dan auch mitt gleichem furbehalt nachgegeben werden. Aber Pernaw unnd Padis mitt allen iren zugehörungen, nichts aussbescheiden, gar keins wegs. Darnach sollen sich unnsere gesanntten richten. Ess wissen auch dieselbigen unnsern nutz unnd bestes kegen zeit der einreumung, mitt was vorrath etc., zu bedencken. Doch da derhalb al zu uil beschwerung gemacht, sollen die unnsern beuhelicht sein der ursach halber was gelegen befunden zu thun oder zu lassen.

Der dritte punct dess abschiedts, nemlich ratification der Sonnenburgischen handelung, soll auch mitt eussersten vleis befurdert werden. Unnd wir vermuthen, das dieselbig volgen werde, in dem dan die unnsren denselben auch zu unnsrem besten werden masse zu geben wissen. Unnd kan dazu, wan vileicht widerumb de jure caussæ disputirt werden wolte, angetzeigt werden, wie das wir keinen beuhel gegeben, dauon zu disputirn. Es ermesen aber sie, die gesanntten, nicht, mitt was grundt solcher unnsrer handelung mher als der jenigen, so der konig zu Polen mitt dem herrn Meister gepfflogen, widersprochen werden könth. Und halttens dafur, das der vogtt daselbst gleich souil gewalts unnd rechts dess gebiets halber gehabt habe, als der herr Meister oder hertzog in Churlandt derenhalb,^{b)} so in S.L. gewalt damals gewesen. Wir hetten aber, wie gemelt, beuholen, dauon nicht zu disputirn, und nachdem wir unns zu schiedtlicher ertzzeugung jedertzeit erbotten, auch ohne rum im werck nicht annderist ereugt, wolten wir unns versehen, die ratification wurde nicht geweigert werden.

Was die aussbeuth des stifts Churlandt betrifft, so der auch wider gedachtt, seye es nicht ohn, das wir hiebeuor unnsers theils dazu keinen unwillen gehabt. Es sej uns aber der stift nicht ohne mittell angehorig, also das wir ohne vorwissen und bewilligung unsers brudern^{c)} unnd des stifts stende in dem nichts schliesslichs thun könntten. Wir hetten Michel Brunaw jungst zu Copenhagen ein schreiben unnsers bruders zeigen lassen, darinnen deutlich vermeldet, das S.L. oder auch die stifts stende in die permutation nicht willigen könntten, unnd wheren S.L. nochmals der beharlichen meynung. Aus dissen seye zu ersehen, das es bey unns nicht gestanden, das solche aussbeuth nicht fur sich gangen. Unnd where ohne dass noch res integra in deren wir mitt fugen, da wir auch fur uns in dem vhall zu schliessen, macht gehabt oder hetten unnsren willen nach unser gelegenheit endern könntten, wie sie als rechtsuerstendige wisseten. Unnd soll also abermals auf die ratification unnd so ferr immer muglich, das dieselbig pure folgen muge, gedrungen werden.

Wolten dan derhalber noch mher weitleufftigkeitten erregt werden, soll zum beschluss das angetzeigtt werden. Ob wir unns woll versehen, man wurde in dissem, als nicht altzu hochwichtigen puncten, souil beschwerden nicht gehabt haben, in betrachtung das dem konig zu Polen dadurch nichts abginge, so sollte dennoch bej unns an keiner pilligkeit desfalls auch mangell erscheinen, also das wir der röm.key. und kon. maiestaten erkantnuss derhalb woll dulden könten. Wir achten auch die ratification, so hoch derhalb nicht nottig, (dan gemelt hauss unnd gebietzt ohne das von alters hero zu dem stiftt Ozell, wie zu erweisen, gehörig und allem sub conditione quæ iam defecerit an den orden erwachssen). Wan wir nicht sonderlich dazu trachten thetten, welcher massen wir mitt dem konig auch dem hertzog in Churlandt allenthalb in gutter nachtbarlichen richtigkeit leben unnd kunfftigen zwispalt furkommen möchten. Derhalb wir glauben wolten, sie die polnischen wurden selbst pillich erachten, disser suchung stadt zu geben, und soll also bey dissem puncten gestanden werden. Wo dan der rom.key. oder kon.may. erkantnuss in der sachen angenommen ^{d)} wirdt, sollen die unsern gleichwoll aussdrucklich vorbedingen, das wir unnd dass reich solang in ruigem besitz vel quasi dess gantzen gebiets Sonnenburgk pleiben sollen, ob nec per arbitros pronuntiatum sit.

Wo auch anderer puncten halber als der gerechtigkeit an der stadt Reuell unnd Wittenstein streit befinden, mag woll gleich erbietten unsers theils gethan werden, das wir unparteyischer herrn und freunde unntterhandlung oder auch erkantnus nach geendigter disser unser expedition zur gelegenheit nicht vor sein wolten. Und hatt diss einen guten schein in allen puncten, so cum praeiuditio aliquo juris nostri vileicht nachgegeben werden soltten. Derhalb die unsern das auch zu unnsrem besten in dem unnd andern puncten zugebrauchen, scilicet ut protestationi de jure nostro reseruando, quo ad Estoniam adiungatur, quod de isto iure nostro, quando nobis in posterum videbitur, communium amicorum arbitrio disceptari debeat.

Hertzog Hansen zu Finlandt halber, ist disses unnsere entliche resolution. Ob uns woll derselbig allerhandt zu verdriess gethan unnd ursach zur feindschaft, wie er selber wisse, gnugsam geben, sich auch niemals kegen uns zur freundschaft in einigem wege erklerett, derhalb uns dan von voriger unnserer erklerung abzustehen nicht ohne bedencken. So wolten wir dannoch dem konig zu Polen zu bruderlichen ehren und gefallen uns souil erbotten haben, wan gedachter hertzog Hanss innerhalb sechs wochen (a die conuentus primum numerando) zum lengsten ahn uns selbst schicken unnd zugleich gnugsame mittel furschlahen lassen wirdt, darauff er zu gnaden angenhomen werden will. Das wir dieselbig anhören unnd uns souil thulich darauff hinwider vernhemen lassen wollen, doch der societet handelung in allen puncten unuergreiflich. Caeterorum fratrum nulla est facta mentio ideoque nihil de ijs est statuendum. Wurden dan die polnische commissarien als haltt vileicht mittell von wegen hertzog Hansen furschlahen, mugen die woll angenhomen werden, an uns zuruck zu schicken. Doch mitt der antzeig, das es die unsern fur dienlich hielten, so der hertzog selbst eine vertrauliche person an uns mitt vollkomener gewalt ferttigen wurde, dabej es zu lassen.

Der letzte punct, nemlich die hulf unsers landtvolcks in Lieflandt, soll fuglich abgelehnet werden, ires unuermugens halber, das sie ohne

das nicht fast grosser werden sein werden. Und sonst auch die vhesten in hutte und besatzung gehalten werden musten. So wurde es auch ungleichheit sein, weil unns der konig zu Polen in Schweden keine hulf weder zu wasser oder lande leistet. Pass, zufhur und ander geburlicher vorschub aber soll nicht geweigert werden, unnd wir glauben, das es hiebej woll werde gelassen werden. Possunt & aliae rationes ad persuadendum accommodatae in medium adduci, quas discretioni oratorum nostrorum permittimus. Und soll also auff solche hiebeuor erklerete puncten angehört,^{e)} was auff einen jedern gesagtt wirdtt unnd dan obgesatzten unserm beuhelich nach hier innen geschlossen werden.

Was die andern puncten, so in der nottul verglichen, belangt, seindt wir mitt denselbigen, in massen wir die ubersehen unnd hieneben mittschicken lassen, friedtlich, unnd wissen die unsern die ubrige puncten ferner auch in die nottul zu pringen. Den anstandt bey dem Mussco-witter zu befurdern haben wir itzo unsern diener, doctor Zachariam,^{f) 1)} neben der reussischen potschaft in die Mosqua mitt bequemen beuhall gefertigt. Was erfolgt soll dem konig zu Polen zugeschrieben werden.

Und in allen puncten, so hier innen von uns nhun nicht geendertt, soll unserer vorigen instruction durchauss geulgtt werden. Die versigelung sehen wir fur gnugsam, wan sie von uns beyden konnigen geschichtt. Doch so die rhete und stende auch siggeln sollen, hatt ess kein bedencken.

Es mag aber die handelung als baltt von beyden seits commissarien durch ubergabung auch einleibung in die nottull beyderseits volmacht mitt subscription und versigelung vollentzogen werden, cum annexa declaratione, das wir beyde konnige darauff ratification unntter unserm secrett an gewissen ortt auch innerhalb gewisser zeitt zusammenschicken und eine gegen die andere ubergeben und annhemen lassen sollen. Die unnsern wissen unser reputation in allem zu bedencken. Soltte uber alle zuuersichtt diessmall nicht geschlossen werden wollen, konnen die unsern den handell zum besten widermals wie zuuor auf zuruckpringen unnd eine gewisse zeitt, als zweyer monat oder lenger ungerlich richten lassen. Mitt dem anhang wie in jungsten Sundschen abschiedt.

Es sollen die unsern auch vleissig nachfrag haben, wie es mitt hertzog Erichs²⁾ bestellung beschaffen, und uns dauon ilichst zuruck verstendigen.

In dem allen sich die unnsern zu uerhalten wissen, und wir wollen iren vleis mitt gnaden unnd guthem erkennen. Datum in unserm veldlager vor Elsburg den 6^{ten} monatstagck Septembris anno lxij.

Friderich

In tegumento exemplaris legitur: Ander instruction vorgedachten koniglichen gesandten zu der zu Stettyn mit den polnischen commissarien gehaltenen tagleistung, wegen etlicher bey voriger handlung unerleddigter puncten mitgeben. 1563.

a) es *expunct.*

b) derenhalb *add. in marg.*

c) brudern *add. in marg.* beyder *expunct.*

d) werden *expunct.*

e) werden *expunct.*

f) doctor Zachariam *correct. ex doctori Zachariae*

1) *scilicet Zacharias Vheling*

2) *scilicet Ericus II, dux in Brunsvic - Luneburg-Calenberg*

Stettini [post 21 Septembris 1563]

*Commissarii [Sigismundi Augusti] regis Poloniae
ad commissarios [Friderici II] regis Daniae
litteræ reversales de fœdere inter eosdem reges ineundo.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ad ea capita, quae ex resolutione articulorum de ineunda societate Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, cum Serenissimo Domino Daniae Rege superfuerunt, quaeque ad Regiam Poloniae Maiestatem pro iterata resolutione nuper missa sunt, cupivisset sane Sua Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, ad omnia resolutionem eiusmodi hoc etiam tempore nobis, nunciis et commissariis suis, dare, qualem maxime Illustres et Magnificae Dominationes Vestrae nomine Serenissimae Regiae Danorum Maiestatis expectare ab eius Regia Poloniae Maiestate ac postulare videntur. Nichil enim profecto ad eam societatem negatura esset eius Regia Poloniae Maiestas, praeter eam, quam videt summa utrinque voluntate coeptam ac institutam atque adeo ad extremum iam fere perductam esse.

Sed si promittere ea non potuit, quae praesertim re ipsa praestari ab eius Regia Poloniae Maiestate non potuerunt, praesertim eiusmodi existunt, ut ne promitti quidem ^{a)} posse videantur, ea certe quae in potestate eius Regiae Poloniae Maiestatis erant, dedit operam, ut ad hanc societatem summa cum animi eius Regiae Poloniae Maiestatis alacritate contulisse videantur.

Nam quod de octo navibus ad bellum armandis atque instruendis postulatur, id, quemadmodum iam semel ab eius Regia Poloniae Maiestate, ab initio statim tractationum ipsarum, ostensum fuit, prorsus nunc non esse commodum neque horum temporum rationes ferre posse. Cum enim mari bellum gerere solita adhuc non sit, intelligi potest, quam difficilis et ad praesentem necessitatem minus expeditus apparatus eius Regiae Poloniae Maiestatis sit futurus, si naves eiusmodi eius Regiae Maiestati essent instruendae ^{b)}.

Etsi enim in ditionibus suis eius Regia Poloniae Maiestas, Deo gratias, civitates habeat maritimas, quae navibus non destituuntur, tamen eae quidem naves, cum privatis ipsorum civium usibus et mercaturae fere tantum exercendae serviunt, bello gerendo aptae esse non possunt, et si quidem possent, tamen eius Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, cives ipsos contra voluntatem vel potius contra iura et immunitates illorum eo adigere non posset, ut eas bello gerendo suppeditent. Nam ut privilegiis singularibus ^{c)} divorum maiorum Regiae Poloniae Maiestatis civitates ipsae maritimae munitae sunt, et eius Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, non ex arbitrio et potestate sua, sed ex praescripto legum et institutis maiorum suorum subditis suis imperat.

Propterea autem, cum Regia Poloniae Maiestas a Serenissimo Daniae Rege nihil auxilii ad vexandas et affligendas Suedicas in Livonia copias ^{d)} flagitet, ^{e)} tum et Regia Daniae Maiestas omnino sese ab

auxilio in Livonia Regiae Poloniae Maiestati militibus ferendo omnino²⁾ excludit;^{f)} aequissimum vicissim eius Regiae Poloniae Maiestati videtur, ut ipsa quoque ab auxiliis ad Suetiam oppugnandam ferendis libera sit et immunis. Id enim prorsus societatis ratio requirere videtur, quae in aequalitate potissimum est constituta. Praesertim cum Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, nihil ex iis rebus, quas Serenissimus Rex Daniae in Suetia bello quaesierit, sibi vindicare aut ex ea societate usurpare velit, immo ea omnia potestati et arbitrio Serenissimi Regis Danorum libenter concedit.

^{e)} Alterum, quod per Magnificas et Generosas Dominationes Vestras Serenissimus Rex Daniae, Dominus noster clementissimus, a Serenissima Regia Poloniae Maiestate, Domino nostro clementissimo, de Pernavia et Padis²⁾ postulant²⁾ Serenitati eius concedenda, id quidem utinam aliquando tam sit in potestate eius Regiae Poloniae Maiestatis quam vellet,^{h)} ostenderet profecto Serenitati eius non exiguam se et non nisi necessariam aliarum rerum, maximam autem gratificandi Serenitati eius rationem habere. Nunc, cum omnia adhuc^{c)} in fortunae, vel in Dei potius ipsius arbitrio, sint constituta, omnis de iis rebus quae hoc tempore instituitur pactio, redditur difficilior. Sed tamen ut in hoc etiam genere Serenissimus Dominus noster Rex Poloniae ostendat se societatem hanc cum Serenissimo Domino Daniae Rege publicae rei magis, quam ullius privati compendii sui gratia, inire velle. Pernoviam quidem ipsam ab hac eiusmodi pactione excipit, neque se ad ullos de ea tractatus faciendos interponere vult, quandoquidem Pernovia semper ad potestatem Magistrorum in Livonia pertinuit. Sed si eius Regiam Poloniae Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, Deus Optimus Maximus Weissensteino et Padi potiri concesserit, dubium non est ullum, quin eius Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, de iis duobus animum Serenissimi Domini Daniae Regis plane contentum sit redditurus, iusque suum, si quod super hac victoria consecutus fuerit, in Serenitatem eius sit transfusus, citra tamen aliorum quorumcunque hominum praeiudicium et iniuriam.

Quantum autem confirmationem tractationis de arce et districtu Seneburgensi²⁾, cum praeside eius arcis factae, attinet, cum tractationis illius omnis ratio eius Regiae Poloniae Maiestati prorsus est incognita, petit eius Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, ut eam tractationem, sicuti facta est, cum eo praeside, autentice descriptam ad eius Maiestatem, a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris acceptam, transmittamus. Eius autem Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, ubi viderit, quae ab eius Regia Maiestate in hoc genere honeste concedi poterint, animo promptissimo sine ullo dubio in gratiam Serenissimi Domini Daniae Regis, amici et fratris sui longe charissimi, est concessura.

Quantum autem Illustrem Dominum Ioannem Finlandiae Ducem attinet, ut intra sex hebdomadas ad Regiam Danorum Maiestatem mittat tum et condiciones proponat, quibus in gratiam eius Regiae Maiestatis recipi cupiat. In hoc articulo nos poenitus nihil nomine Suae Celsitudinis promittere possumus. Quod enim Sua Celsitudo nunc, uti quidem certa fama passim perfertur, a Rege Suetiae, fratre suo, inter angustias fuerit posita et undique circumdata, tum et, quod

Deus omen obruat, fortasse capta, difficilis fuerit in tanto discrimine rerum ad eius Celsitudinem aditus. Et ut maxime liberrimus Princeps ille fuisset, tamen in tam brevi temporis intervallo, hinc in Lituaniam, ex Lituania in Suetiam, deinde in Daniam, eiusmodi tractationes transmitti non possent, et neque tractari aut ulla ratione inchoari.

Proinde cum Serenissima Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, omnes Serenissimi Domini Daniae et Norvegiae Regis foederatos pro amicissimis amicis libenter agnoscit, neque sine iis ad tractationes ullas transactionis descendendum esse per nos, Commissarios suos, spondit, equum²⁾ esse etiam putat, ut vicissim Serenissimus Dominus Danorum Rex, Dominus noster clementissimus, vel saltem in gratiam Regiae Poloniae Maiestatis, fratris et consanguinei sui longe charissimi observandissimique, Illustrem Dominum Finlandiae Ducem non solum foederatum, sed etiam affinem, firmissimi iam sanguinis vinculis coniunctissimum et amantissimum, amici prorsus loco ducat ac existimet.

Quod si vero quid est, in quo Serenissimus Dominus Daniae Rex ab illius Illustritate se esse offensum existimat, omnia poterunt Serenitati eius studio et opera atque diligentia Serenissimi Regis Poloniae, Domini nostri clementissimi, ab illius Illustritate cumulate resarciri. In quo eius quidem Regia Poloniae Maiestas paratissima sua officia, tum et studia, Serenissimo Domino Danorum Regi hac in parte offert, tum videlicet, cum intellexerit Dominum Finlandiae Ducem a fratris sui, Regis Suecorum, machinationibus liberum et immunem fore. Interim autem iterum postulat Serenissimus Rex Poloniae, Dominus noster clementissimus, et id quidem maximopere, ut Illustris Dominus Finlandiae Dux, eius Regiae Poloniae Maiestatis foederatus atque necessitudinis vinculo coniunctissimus Princeps³⁾, pro amico habeatur neque quicquam in illum hostile ab exercitu Danico attentetur; quod quidem se Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, facile obtenturum apud Regiam Danorum Maiestatem existimat atque putat, si porro Serenissimus Dominus Rex Daniae talis fuerit Suae Maiestati amicus, qualem eius Regia Poloniae Maiestas se habere non opinatur²⁾ solum, verum etiam sanctissime³⁾ sibi promittit et credit.

Neque vero hunc tantum Illustrem Dominum Finlandiae Ducem Regia Poloniae Maiestas pro amico recipiendum esse cupit, sed etiam et Illustrissimos Prussiae Curlandiaeque, tum et omnes Pomoraniae²⁾ atque Megapolenses Duces et populos omnes, Maiestati Regiae Poloniae subditos et adhaerentes.

Quod autem per certos homines ad aures Regiae Poloniae Maiestatis fuerit allatum quosdam ex Principibus Germaniae summe in id incumbere, conventu etiam communi constituto, ut inter Daniae Regiam Maiestatem et Regem Suetiae pacem concilient, postulat Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, quemadmodum iam in priori nostro conventu hac de re conventum est, et conclusum, ut si fortasse Regia Danorum Maiestas ad aliquascunque conditiones pacis cum Rege Suetiae descendere voluerit, ut ne transactio ulla ab ulterutro Regum separatim, sed ab utroque coniunctim inque communem usum et utilitatem constituatur ac ut Regia Poloniae Maiestas quoque, Dominus noster clementissimus, et populi foederatique omnes Suae Regiae Maiestatis ea pace comprehendantur, si quae in illo conventu Rostochiano aut aliquopiam alio fuerit constituta.

Qua de re etsi iam Regia Poloniae Maiestas nominatim ad Serenissimum ipsum Dominum Daniae Regem scripsit, tamen quia nos quoque, qui hoc tempore a conventu Principum istorum pacificatorum non omnino longe abesse videmur, datum est nobis denuo hoc negotii a Regia Poloniae Maiestate, ut ne hoc silentio praetermissum esse videatur, quod iam in hoc negotio statutum est semel.

Praeterea postulat etiam Regia Poloniae Maiestas, cum dimissi fuerint milites a Serenissima Danorum et Norvegorum Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo, sive confecto sive etiam non confecto bello, ut procul a ditionibus Regiae Maiestatis iter illis constituatur, ne per licentiam militarem, eius praesertim militis, qui et duce careat et sacramento militari sit solutus ac liber, aliquid detrimenti ditiones eius Regiae Poloniae Maiestatis capiant aut patiantur.

In dorso manu Paselick: Zu Stettin. In der ersten zusammenkunft haben wir der Kon. Mat. unsers gnedigsten hern erclerung uf die beiden puncten h. Hans von Finlandt und die hulfe Ma' und landtfolcks in Liflandt betreffendt schriftlich uberantwortet der instruction gemess.

Daruf haben sie diese erclerung uf die unenleddigste puncten widder einbracht.

A.

a) *In ms.* quid

b) *sequitur fragmentum expunctum.*

c) *super lineam.*

d) *in ms.* seditiones *expunctum.*

e)-f) *additum in margine.*

g)-h) *hoc fragmentum invenitur supra (expunctum); cfr. notam b).*

z) *sic in ms.*

N. 81.

Stettini, [m. Septembri] 1563.

*Commissarii regis Daniae [Friderici II]
ad commissarios regis Poloniae [Sigismundi Augusti]
de iis, quae ex parte Danica ad certa negotia componenda hactenus
facta sunt.*

(Concept., autogr. Caspari Paselick)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Endtliche und beschliesliche resolution uf der Kon.Ma' zu Polen, unsers g^{sten} hern, commissarien ubergeben schriftlich erclerung.

Erstlich die gefurderte acht schiff von orlage belangendt, haben wir Eur H^{ten} ercklerung wegen der Kon.Ma' zu Polen, unsers g^{sten} h,^{a)} zu dem ende vermerckt, weil^{b)} ire Kon.Ma' (wie von E.H. ieder^{c)} zeit bei diesem punct gemelt) nicht im brauch haben zu wasser zu krigen, und derwegen irer Kon.Ma' schwer^{d)} fallen wolt, ihrer underthanen schif in den sehestetten, so allein zur^{e)} irer hantirung dienlich, widder ire erlangten freiheiten,^{f)} zu irer Ma' notruft und zum krige zu gebrauchen. Zum dem das von der Kon.Ma' zu Polen in dieser societet handlung

vorgleichmesszig angesehen, weil ire Ma^t zu irem krige in Liflandt von der Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unserm g^{sten} hern, kein hulf ^g) begehren, das ire Kon.Ma^t mit solcher hulf widder Schweden auch ^h) pillich zu uerschonen.

Resolutio.

Die Kon.Ma^t zu Dennemarcken und Norwegen, unser g^{ster} her, ⁱ) wollen sich zu der Kon.Ma^t zu Polen freuntlich versehen, ire Ma^t werden auch vor iren teil die ausrustung der schif vor rathsam und hochnotig erachten, weil sich der Schwede starck zur sehe gerust. ¹) Und haben Eur H^{ten} vor sich selbst freuntlich zu bedencken, weil der konnig zu Schweden nicht weniger der Kon.Ma^t zu Polen als der Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unserm g^{sten} hern, allerlei zu ^m) schimpf ⁿ) und verdriss gethan, ^o) vermoegen dan die Kon.Ma^t zu Denmarcken sich uf der Kon.Ma^t zu Polen f. ersuchen in diese societet handlung uf die ubergeben mittel ^p) freuntlich eingelassen. Das sich in alle wege geburen wollen, dem ^q) konnig zu Schweden, als irer Kon.Ma^t beiderseitzs ^r) gemeinen feindt, mit gemeiner hulf gleichmesszig zu beiegen. Darmit in dieser krigsgesellschaft als einem gemeinen heilsamen werck allenthalben die gleichheit gehalten, und haben uns demnach die Kon.Ma^t zu Dennemarcken gst beuolen, die ausrustung gemelter schif mit fleis zu befurdern. Es ^s) wollen gleichwol ^t) die Kon.Ma^t zu Dennemarck, unser g^{ster} her, nicht zweiflen, es werden die Kon.Ma^t zu Polen nicht gemeint sein, irer Ma^t die last allein ufzuladen, das ire Ma^t den konnig zu Schweden ^v) in sein gewaltigen konnigreich, so wol zu wasser als ^x) lande allein bekriegen solten, und die Kon.Ma^t zu Polen dann ^y) allein die schwedischen festen in Liflandt vornhemen ^z) wolten, wie dan ^{aa}) solches, wie Eur H^{ten} vor sich selbst freuntlich zu bedencken, ein ungleiche krigsgesellschaft geben wurde, ^{ab}) Eur H^{ten} werdenn demnach unbeschwert sein, sich in dem punct Ires eusersten beuelichs iegen uns zu ercleren.

Zum andern. Wan ^{ac}) dan ie die Kon.Ma^t zu Polen ^{ad}) uber zuersicht der ausrustung der schif halber bei der ^{ae}) wenigen erclerung ^{af}) beruhen solten. So begehren die Kon.Ma^t zu Dennemarck, unser gst herr, von der Kon.Ma^t zu Polen f. und schlieslich ^{ag}) an statt der ^{ah}) schiff und des geburenden ^{ai}) halben teils ^{al}) an krigskosten und sunst irer Ma^t und des reichs Dennemarck alter gerechtikeit halber die schlosser und stedte Pernauw, Padis und Weisenstein, wan die durch verleihung des Almechtigen von der Kon.Ma^t zu Polen erobert, irer Kon.Ma^t mit aller krigsmunition und vorrath als daruf befunden, mit all irer zugehorung, einkommen, nutzung, herlikeit und gerechtikeit, eigenthumblich zu ubergeben und einzureumen. Doch mit ausdrucklicher ^{am}) vorbehalt so woll ^{an}) irer Kon.Ma^t und des reichs Dennemarcken als des stifts Reuel ^{ao}) gerechtikeit am schloss und der stadt Reuell, wie auch dem gantzen hertzogthumb Estonien. Und ist die schwerheit dauon in Eur H^t resolution gemelt, das die eroberung ufm gluck und in Gottes gewalt stehet, one bedencken, weil die gedachten ^{ap}) schlosser, ^{aq}) stedt und gebiet ^{ar}) von der der Kon.Ma^t zu Dennemarck, unserm g^{sten} hern, nur uf den fall, wan sie von des Schweden gewalt erledigt und erobert, gefurdert werden. So wirdt auch die Pernouw aus dieser handlung dardurch nicht mugen eximirt werden, das ^{as}) sie dem hern Meistern zu Liflandt hiebeuor angehorig gewesen, ^{at}) weil die gewesen hermeister zu Liflandt sich der

Pernaw so wenig als ander stedt und gebiet, als in diesen vergangnen leufften vereusert, anzumassen haben, wan sie von der Kon.Ma^t zu Polen, unserm gst hern, mit dem schwert erobert und also a^v) uf ire Ma^t transferirt.

Zum dritten, die a^x) ratification der Sonnenburgischen handlung betreffendt. Befinden wir Eur H^{ten} resolution dohin gericht, wan wir E.H^{ten} abschrift derselben handlung in massen die geschlossen zustellen werden, a^y) das sich die Kon.Ma^t zu Polen, wan die dessen bericht, so vill unuerweislich zu geschen, iegen die Kon.Ma^t zu Dennemarcken freuntlich und wilferig erzeigen a^z) wollen.

Resolutio.

Die Kon.Ma^t zu Dennemarck, unser g^{ster} herr, haben uns kein abschrift der Sonnenburgischen handlung mitgeben lasen. Den es haben sich ihre Kon.Ma^t nicht versehen konnen, b^a) das derhalben so vill schwerheit solt erregt worden sein. Weil auch im sundischen recess daruon b^b) kein meldung geschen, haben b^c) ire Kon.Ma^t uns daruon kein weitem beuell geben, als die ratification zu befurdern, und wollen b^d) ire Kon.Ma^t nicht zweifeln, es werden sich die Kon.Ma^t zu Polen sich b^e) darin nochmaln f. und wilferig erzeigen. Wir konnen auch vor unser person nicht ermesen, mit was grundt solcher der Kon.Ma^t zu Dennemarcken b^f) handlung mer als der iennigen, so die Kon.Ma^t zu Polen, unser g^{ster} herr, mit dem herrmeister gepflogen, konne widdersprochen werden. Und haltens dafur, das der fogt daselbst gleich so vill gewaldts und rechts b^g) gebiets halber gehabt, als der hermeister oder h. in Churlandt, unser g. herr, gehabt, so in seiner f.g. hande damals gewesen. Es haben uns aber die Kon.Ma^t zu Dennemarck keinen beuel geben daruon zu disputiren. Sondern weil sich ire Kon.Ma^t ieder zeit iegen die Kon.Ma^t zu Polen, iren f. lieben ohmen und brudern, zu aller schiedlichen erzeigung erbotten, auch one nhun im werck nicht anders ereugt, so wollen sich ire Kon.Ma^t freuntlich versehen, weil die ratification nirgendt anders als b^h) umb guter richtikeit willen freuntlich gefurdert, es werde irer Ma^t dieselb ferner bⁱ) nicht geweigert werden.

Zum vierten, hertzog Hansen von Finlandt betreffendt. Wolten wir vor unser person wunschen, das wir derhalben mit dem beuelich versehen b^l) sein mochten, wie Eur H^{ten} wegen der Kon.Ma^t zu Polen gern sehen und haben wolten, oder das der h. von Finlandt der Kon.Ma^t zu Dennemark, unserm g^{sten} hern, zu solcher feindtschaft kein ursach geben. Wir haben aber derhalben von irer Kon.Ma^t b^m) keinen weitem beuell empfangen, als in unser ersten resolution gemelt. Nemblich wan s.f.g. innerhalb 6 wochen eine vertrauliche person mit vollenkommen gewalt bⁿ) an ire Kon.Ma^t schicken wirdt, so wollen ire Kon.Ma^t sich uf die mittell als s.f.g. zur aussonung b^o) verschlagen wirdt, der Kon.Ma^t zu Polen zu bruderlichen ehren und gefallen, b^p) so vill thulich und muglich vernhemem lasen, und erzeigen, doch der societet handlung in allen puncten unuergreiflich. Wir seindt aber erbotig der Kon.Ma^t zu Dennemarck, unserm g^{sten} hern, was sich Eur H^{ten} bei diesem punct wegen der Kon.Ma^t zu Polen erbieten, b^q) mit underthenigsten getreuwen fleiss zu berichten, und wollen vor unser personen underthenigst hoffen, es werden ire Ma^t sich darauf so vill immer muglich freuntlich b^r) erzeigen. b^s) Und ob wir wol wegen der benachbarten fursten, als in

Eur H^t ercklerung gemelt,^{b^t}) von der Kon.Ma^t keinen austrucklichen beuel haben, so wollen wir doch nicht zweifeln, es werden ire Kon.Ma^t kein bedencken haben, ^{b^v}) den h. aus Preusen, die h. von Pommern, h. Ulrich von Meckelburg unser g. hern und irer f.g. underthanen, vor freunde zu halten.

Wegen der fridshandlung der chur und furstlichen gesandten zu Rostock haben wir uns wegen der Kon.Ma^t, unsers gst hern, iegen Eur H^{ten} hiebeuor f.^{b^x}) erclert, und haben die Kon.Ma^t zu Dennemarcken die anzeig als wir gestrigh tags Euren H^{ten} gethan, nicht anders als ^{b^y}) der Kon.Ma^t zu Polen zu f.^{b^z}) gefallen und zu ^{c^a}) derselben besten gemeint, darbei wirs auch ferner beruhen lassen, und werden ire Kon.Ma^t gern erfahren, das E.H^{ten} ^{c^b}) von der Kon. zu Polen zu der handlung verordent.

Das auch ^{c^c}) Eur H^{ten} uf den fall wan die Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unser gst herr, ir krigsfolck erleuben ^{c^d}) lassen, wegen der Kon.Ma^t zu Polen begehren, die versehung zu thun, begehren ^{c^e}) darmit ^{c^f}) irer Ma^t land und leut unbeschedit pleiben mogen. Solches wollen wir der Kon.Ma^t, unserm g^{sten} hern, mit bestem fleiss referirn ^{c^g}) und berichten. Und zweifeln nicht, es werden ihre Ma^t der Kon.Ma^t zu Polen zu f. gefallen nach dem besluss dieser handlung ^{c^h}) an guter ^{cⁱ}) versehung so vil muglich nicht mangeln lasen.

In margine superiore: Dis ist die erste resolution, so zu Stetin ubergeben.

In dorso: B (*manu Paselick*).

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| a) unsers gsten h. <i>add. in marg.</i> | ab) wurde <i>correct. ex</i> müssen |
| b) die Kon.Mat <i>expunct.</i> | ac) es <i>expunct.</i> |
| c) ieder <i>add. in marg. al expunct.</i> | ad) die Kon.Mat zu Polen <i>add. sup. lin.</i> |
| d) schwer <i>correct. ex</i> beschwerlich | ae) der <i>add. sup. lin.</i> |
| e) kaufman <i>expunct.</i> | af) pleiben <i>solt expunct.</i> |
| f) widder... freiheiten <i>add. in marg.</i> | ag) von... schlieslich <i>add. in marg.</i> |
| g) hulf <i>add. sup. lin.</i> | ah) f.ge. <i>expunct.</i> |
| h) mochten <i>expunct.</i> | ai) geburenden <i>correct. ex</i> gefurderten |
| i) versehen <i>expunct.</i> | al) des <i>expunct.</i> |
| l) weil... gerust <i>add. in marg.</i> | am) ausdrucklicher <i>add. in marg.</i> |
| m) allerlei zu <i>correct. ex verbo quodam illegibili et</i> in allen | an) so woll <i>add. sup. lin.</i> |
| n) schaden <i>expunct.</i> | ao) als... Reuel <i>add. in marg.</i> |
| o) gethan <i>correct. ex</i> zugethan | ap) gedachten <i>correct. ex</i> gelten |
| p) in diese societet... mittel <i>correct. ex</i> uf die ubergeben mittel in diese societet handlung | aq) und <i>expunct.</i> |
| q) gemeinen feindt den <i>expunct.</i> | ar) als aber gemelt <i>expunct.</i> |
| r) irer... beiderseits <i>add. in marg.</i> | as) das <i>correct. ex</i> weil |
| s) Es <i>correct. ex</i> Und | at) Weil der hermeister magistratus in diesen schweren veränderung der Liflande dermassen geendert <i>expunct.</i> |
| t) gleichwol <i>add. sup. lin. uns</i> zu der Kon. Mat zu Polen sich <i>expunct.</i> | av) also <i>add. sup. lin.</i> |
| v) so ire <i>expunct.</i> | ax) co <i>expunct.</i> |
| x) als <i>correct. ex</i> und zu | ay) werden <i>correct. ex</i> wurden |
| y) dann (<i>lectio incerta</i>) <i>add. sup. lin.</i> | az) werden <i>expunct.</i> |
| z) <i>solt expunct.</i> | ba) können <i>add. sup. lin.</i> |
| aa) wie dan <i>correct. ex</i> und wurde | bb) daruon <i>correct. ex</i> derhalben |
| | bc) vileicht <i>expunct.</i> |
| | bd) wollen <i>add. sup. lin. zweifeln expunct</i> |

be) zu Polen sich *add. sup. lin.*
 bf) un *expunct.*
 bg) des *expunct.*
 bh) nirgendt... als *add. sup. lin.*
 bi) ferner *add. sup. lin.*
 bl) wehre *expunct.*
 bm) derhalben *expunct.*
 bn) mit gewalt *add. in marg.*
 bo) zur aussonung *add. sup. lin.*
 bp) bruderlichen *et* und gefallen *add. in marg.*
 bq) der Ko. *expunct.*
 br) freuntlich *add. sup. lin.* guthwillig *expunct.*
 bs) de rel *expunct.*

bt) als... gemelt *add. in marg.*
 bv) uns *expunct.*
 bx) f. *add. sup. lin.*
 by) nicht anders als *add. in marg.*
 bz) und *expunct.*
 ca) zu *add. sup. lin.*
 cb) zu den *expunct.*
 cc) auch *add. sup. lin.*
 cd) we *expunct.*
 ce) begehren *add. sup. lin.* das *expunct.*
 cf) der Kon. *expunct.*
 cg) referiren *add. sup. lin.* erklerung *expunct.*
 ch) nach... handlung *add. in marg.*
 ci) guter *correct. ex* Irer

N. 82.

[Stettini, m. Septembri-Octobri 1563]

*Commissarii [Sigismundi Augusti] regis Poloniae
 ad commissarios [Friderici II] regis Daniae
 litterae reversales de foedere ineundo et de regis Poloniae ad aliqua
 quaesita regis Daniae consensu.*

(*Exemplar*)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

De iure, quod Regibus Regnoque Daniae in Ducatum Estoniae Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae antiquitus competere asserunt, quale illud sit aut quousque sese extendat, non opere praecium esse videmus, ut nos hac de re nunc longioribus verbis disputemus. Praecipue cum Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, ut sit aliquando talium disputationum et omnium controversiarum in plus quam terque quaterque misera et afflicta Livonia finis, utque salutari concordia illa Provincia in posterum ab amicis, consanguineis confoederatisque Regibus perpetuo gubernari queat, ratione istius allegati, sed nondum deducti iuris sumptuumque, quos se ampliores fecisse Rege nostro existimat, Regiae Daniae Maiestati Weissensteina et Padi ultro coedat.²⁾

Quae quidem iuxta exhibitam priorem nostram resolutionem cum omni iure et pertinentiis in potestatem Regiae Daniae Maiestati tradi debeant, certoque sibi persuasum habet Regia Maiestas Domini nostri Regiam Daniae Maiestatem, acceptis iis arcibus, de impetitione dicti iuris antiquati sumptibusque a Regia Poloniae Maiestate, libenter et familiariter contentam fore, neque quicquam amplius ab eius Maiestate, sive in Ducatu Estoniae sive in reliquis partibus Livoniae (quae per hanc subiectionem ac deditionem iam sunt iuris legitimi eius Regiae Poloniae Maiestatis factae vel quae etiam, Deo propitio et adiuvante, ex Moschi manibus et tyrannide in Livonia bello recuperatae^{a)} fuerint) requisituras.

Moschus enim magnam eius Estoniae partem, quae ante aliquot secula (venditione et alienatione in Ordinem nondum facta) Regum Daniae fuit, occupatam, ut nuper quoque retulimus, retinet et possidet; quae si e manibus et potestate istius immanissimi Tyranni et hostis fuerit iure belli per Regiam Poloniae Maiestatem, Dei omnipotentis adiutorio, vindicata et emancipata, qualis tandem illius futura ratio est, nemo est qui non intelligat. In altera item Estoniae parte, in qua Regibus Daniae olim ^{b)} ius fuit et quam nunc Suedus possidet, concessa in Regiae Daniae Maiestatis potestatem Weissensteina et Padi, sola iam Revalia superest.

Quod si in Revalia quoque sibi vellet ius aliquod, qualecunque illud fuerit, Regia Daniae Maiestas reservare, quid per Deum immortalem Regia Poloniae Maiestas tanto bello, tot casibus et discriminibus rerum, tot denique et tantis sumptibus atque impensis quaesivisse aut a Suedo consequuta esse existimari possit, si quidem in Pernaviam nichil omnino iuris unquam Regibus Daniae fuit?

Si autem haec omnia Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae praessus ²⁾ intuebuntur aut aequiori pensare voluerint lance contentae ^{c)} iam de hac nostra concessione et traditione Weissensteinae et Padi, quemadmodum illud iam nos certo confidimus futurum, in horum pactorum et salutaris huius nobiscum inceptae societatis conclusionem libenter atque primo quoque tempore condescensuras, sepositis scilicet et avulsis relictisque omnibus et futurarum et ambiguarum disputationum materiis et occasionibus, ea quae sunt in hoc negotio extrema nostra mandata.

Quod si porro praeter nostram opinionem et expectationem, Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae in sententia sua persistere, neque de suis postulatis in re usque adeo aequa ac iusta, quam offerimus, ²⁾ nihil omnino remittere voluerint, nos, ne sint tanti nostri labores et curae, quas tantisper sustinuimus, irritae aut inanes, neve sanctissimum illud saluberrimae huius societatis bellicae vinculum disruptum aut contemptum esse videatur, relaxatis mandatorum nostrorum finibus et metis, tantum facultatis nobis sumimus operamque omnem navabimus, ut in eo Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, ratihabitione sua acquiescat, ut pro Weissensteina Pernovia civitas cum arce et toto districtu illius Regiae Danorum Maiestati una cum Padi tradatur. Revalia vero cum Weissentein liberae Regiae Poloniae Maiestati relinquuntur. Si autem in hac quoque nostra tam demissa voluntate ac facilitate Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae (id quod nos non omnino speramus) acquiescere et supersedere noluerint, ulterius nos mandata nostra progredi non patiuntur, inter quorum limites et metas nos continere penitus oportet, nisi forte recurrere ²⁾ nos fuerit necessum ad Sundii oblatum communium amicorum Principum arbitrium, cui subesse Regia Poloniae Maiestas, ratione allegati iuris totiusque negotii, non gravabitur. Quae certe malisset amica et fraterna compositione, ex liberrimo utriusque Maiestatis consensu, quam quorumvis arbitrorum sententia, hanc concordiam constitui atque ad finem optatissimum deductam esse.

De Soneburgensi actione et permutatione Episcopatus Curoniae, si alia mandata Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae non habuerint, necesse erit, ut illa Regiae Maiestati Domini nostri referamus. Ipsa autem quid hoc in negotio concedendum quidve negandum fuerit, melius considerabit, sitque per nos eius Regiae Maiestatis Poloniae suum in

Soneburga, sicut et in Episcopatus Curoniae et Revaliae, integrum atque salvum ius.

In dorso: C.

a) *In ms. recuperaverit*

c) *lectio incerta*

b) *verbum: olim in ms. bis scriptum est.*

z) *sic in ms.*

N. 83.

[*Stettini, m. Septembri-Octobri 1563*]

*Commissarii [Sigismundi Augusti] regis Poloniae
ad commissarios [Friderici II] regis Daniae
de conditionibus pacis in Livonia instituendae.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Non est quod immoremur diutius in prioris articuli, nunc exhibiti, disputatione, de apparatu videlicet octo navium, classi Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis adiungendarum. Causae enim, quare Regiae Poloniae Maiestati, Domino nostro clementissimo, naves istas expedire aut parare integrum non sit, toties iam commemoratae atque repetitae sunt, ut etiam ulterior iam illarum petitio ac repetitio fastidium prorsus atque nauseam pariat.

Ratiocinantur quidem Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae et subinde inculcant communem hunc hostem communibus paribusque viribus terra marique esse agrediendum. Iustus quidem utriusque hostis est, sed tamen is alterum plus altero iniuriis et contumeliis adfecit ad armaque capienda provocavit, id quod vel ex ipsis articulis utrinque exhibitis sole ipso clarius esse potest, sed utcunque aut quicquid id est tamen, si communibus paribusque viribus hic hostis eo pacto debellandus esset, communis vicissim et par quoque, iuxta eandem proportionis et aequalitatis rationem, parte praedae et omnium emolumentorum distributio atque partitio merito sequeretur.

Iam vero Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, id quod iam repetitum est cencies, de sola Livonia debellata se contentam fore profitetur, Suetiam vero totam Regiae Daniae Maiestati et civitati Lubecensi (quae iam etiam aliqua ex parte huic bello socia est) infestandam, praedamque ac omnia emolumenta inde subsequutura obtinenda, utifruenda atque omnibus titulis possidenda relinquit et vult illud totum ex voluntate et arbitrio eius Regiae Daniae Maiestatis dependere; opis autem aut auxilii ad Livoniam vexandam, tam a Regia Danorum Maiestate quam a sociis Lubecensibus, exposcit omnino nihil, etiamsi intelligat Regiae Danorum Maiestatis ac Lubecensium tantas esse, Dei gratia, copias et vires, ut terra marique huic hosti satisfacere, illius infringere vires, potiri victoria aut eum ad transigendum honestis rationibus queant cogere.

Porro certissimum illud est futurum, quod sive victoriae sive aliqua

alicuiuscunq̄ue transactionis ratione, bellici quidem isti omnes sumptus, quos Regia Daniae Maiestas terra marique impendit aut est impensura, utraque ex parte a Suedo poterunt cumulatissime illius Maiestati refundi atque resarciri.

Cum itaque illa ipsa summa^{a)} sit aequalitas in una quaque societate, ut qui se putet plus impendere accipiat magis, non videmus, cur eam Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae inaequalitatem appellent aut vocent, quae quidem respectu obiectionis speratae futuraeque prae-
dae, vel potius emolumentorum commoditatis, ipsissima est aequalitas atque aequitas summa.

Quae omnia cum se ita re vera habere Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae vident, aequissimum quoque arbitramur esse, ut ne amplius de expediendis istis navibus diutius et frustra tempus teratur, sed eo potius totum nostrum convertatur studium et labores omnes, ut ne nos quis existimet rimas quaerere atque foramina, aut ex non causis fingere causas, ut pulcherrimae huius societatis ratio atque inita incoep-
taque tractatio disrupta prius, quam ad optatum desideratumque finem deducta esse videatur.

2.^{b)} Liquet autem iam^{a)} et est palam, ex iis superius et iam dudum in medium productis rationibus, Regiam Poloniae Maiestatem obstrictam omnino non esse ac neque obligatam ad praestandos ullos belli sumptus praeter eos, quos ab aliquot annis in Livonia facit, neque etiam ratione nondum deducti iuris (quod se Regia Daniae Maiestas in Ducatu Estoniae habere asserit) fortassis ita statim concedere ulla arces aut civitates Regia Poloniae Maiestas debeat, ut tamen Regia Danorum Maiestas aperte liquidoque cognoscat in hac salutari coniunctione societatis sibi cum Rege Christiano et homine amicissimo, imo cum consanguineo et fratre longe charissimo, rem esse. Regia illius Maiestas Poloniae publicae salutis et restaurandae pacis et tranquillitatis, tum et confirmandae mutuae amicitiae et amoris gratia, eo usque se in his tractationibus demisit, ut amputatis omnibus, cum sumptuum tum antiquati alicuius iuris (quod ante aliquot secula in Ducatu Estoniae Regibus et Regno Daniae competere solebat) disputationibus, alioque non parum difficultatis allaturis, arces et districtus Weissensteinam et Padim, post earum recuperationem restaurationemque, ultro tradendas concederit, qua in re utroque nomine Regiae Daniae Maiestati fecisse se satis existimat et credit.

De Pernovia^{c)} autem, in qua nulla unquam aetate Regnum aut Reges Daniae ullum ius habuerunt, quod Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, semper statuerit, ex priori iam nostra resolutione constat. Regiae enim Danorum Maiestati Weissensteina et Padi tradita, sola supererit Revalia, quae ante plurima secula, priusquam legitima illius alienatio fieret, Regum et Regni Daniae fuit. Ea vero, an in hoc rerum statu tanti momenti sit, ut propter eam solam tantis difficultatibus, sumptibus et periculis se Regia Poloniae Maiestas involvat, ipsis Dominis Danorum Regiae Maiestatis Commissariis aequa mente pensandum illud totum relinquimus.

Reliquum vero Ducatus Estoniae, quantum eius (uti iam dictum est semel) quondam Regni Daniae fuit, a Moscho occupatum detinetur, id aliquando, propicio Deo, armis recuperatum fuerit, cuius tamen iure belli sit futurum, facilis est diiudicatio.

Caeterum Episcopis vel Episcopatu Revaliensi in arcem et civitatem eandem nichil unquam iuris^{d)} competeat, nec etiam nunc^{a)} competit;

Regia vero Maiestas, Dominus noster clementissimus, cuius est Dominus haereditarius et perpetuus, ibi Episcopos praesentandi et tocius superioritatis semper ius habet. Quare ista omnia, et si quae sunt eius generis alia, in Episcopatum istum iura, per has pactorum tractationes debent omnino Regiae Poloniae Maiestati per omnia salva et illaesa permanere.

3. Quae de confirmatione transactionis Soneburgicae in medium adducuntur, illa sunt facilis refutationis; ignoratum enim hucusque fuit, quibus conditionibus de ea pactum sit cum illo avvocato, ideoque minime mirum esse, si Regia Maiestas Poloniae ignota confirmare hucusque non tantum noluerit, sed etiam non potuerit. An vero aequa fuerit potestas avvocato illi, homini privato, de re aliena disponere, deque arce Soneburga facta alienatione transigere, uti Magistro Livoniae, qui Princeps et Dominus fuit Ordinis, hac de re nemo sanus dubitare poterit, longe enim aliud est huius quam illius negotium.

Sed neque ista subiectio Regiae Poloniae Maiestati per Magistrum Ordinis, nunc Ducem Curlandiae, in evidentissima atque extrema iam fere necessitate et angustia sine expresso consilio et liberrima omnium eius miserrimae Reipublicae statuum, ordinumque voluntate et consensu facta fuit, qui omnes durissimo istiusmodi telo acti, tutorem et dominum necessario quaesierunt.

Verum hac de re pluribus disputare supervacaneum esse videtur, cum iam antehac non semel Regia Daniae Maiestas in oblatam a Regia Poloniae Maiestate et Domino Duce Curlandiae^{d)} permutationem districtus illius Suneburgensis²⁾ pro Episcopatu Curoniae (in quo etiam Regiae Maiestati Poloniae ius praesentandi Episcopum competit) consenserit. Qui consensus eius Regiae Daniae Maiestatis et tot permissiones in causa fuerunt, quod primum datis literis reversalium praesidia Danica Soneburgam recepta sunt. Ac deberet ista sane^{a)} permutatio iuxta pacta intercedentia in suo statu terminisque ac robore permanere, donec huius societatis negotium constitueretur et ad finem perduceretur. Neque speraverat sane eius Regia Poloniae Maiestas Regiam Daniae Maiestatem quid in contrarium fuisse aut saltem disposituram, si quidem in hoc rerum statu et in tanta actionum perturbatione, si quid eiusmodi committitur, pauci erunt fortasse, qui illud in praeiudicium iuris, tam Regiae Poloniae Maiestatis quam Illustris Domini Curlandiae Ducis, factum esse non intelligant.

Proinde nostra quidem sententia, hac in parte Regia Daniae Maiestas publicae paci et tranquillitati in Livonia, Dei benignitate, aliquando restituendae, resectis et abiectis omnibus intricatarum istarum disputationum materiis atque difficultatibus, rectius ita consulere dignabitur, si, uti est superius commemoratum, et ab ipsa Regia Daniae Maiestate quoque promissum est antea, pro Soneburga Regiae Poloniae Maiestati Episcopatum Curoniae cesserit.

4. De Illustri Domino Ioanne Finlandiae Duce, quem iam captum et detentum a Suedo Rege fratre communi fama accepimus, non possumus amplius verba facere ulla, neque in hoc tam facili concessibilique et pro negotio interpellare magis, si quidem videmus Regiam Daniae Maiestatem nil prorsus precibus aut ullis Regiae Poloniae Maiestatis intercessionibus, pro tam necessario et sanguine iuncto amico factis, concedere aut tribuere velle. At sperabat certe Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, quin etiam multo maiora sibi de amicitia et benevolentia atque facilitate Regiae Daniae Maiestatis certissimo promittebat, quam ea quae nos hic, non sine nostro maximo animi dolore, comperimus.

Nam non eos tantum, quos sibi necessarios Regia Daniae Maiestas habet, verum etiam adherentes ac subditos illius Maiestatis omnes et servitores libenter omni benevolentia et amore Regia Poloniae Maiestas prosequitur, quin etiam vitam et sanguinem ipsum profundere semper est parata, si id res aut necessitates eius Regiae Daniae Maiestatis postulare aliquando aut poscere viderentur.

Cum Principibus huius vicinia, quos superius nominavimus, pro amicis recipiendis, cur Magnificae et Generosae Dominationes Vestrae Illustrem Dominum Ioannem Albertum, Megapolensem Ducem, non una cum aliis comprehenderit, nescimus, quandoquidem et is inter alios illud comprimis meretur, ut pro amico censeatur, qui oblata sibi a Sueco non contemnenda annuae pensionis peccuniaria summa, ut illi faceret liberum transitum per ditones suas militibus et comaeatui in Suetiam, facile eam contempsit, admonitus a Regia Poloniae Maiestate, pluris faciens amicitiam Serenissimi Regis Daniae quam ullam pecuniam.

Si hoc itaque possibile est, ut Regia Daniae Maiestas eos pro amicis habeat, quos Regia Maiestas Domini nostri magnificat quosque aliquando magno honori et usui atque ornamento Serenissimae Daniae Regiae Maiestati futuros esse credit, etiam atque etiam hortamur et rogamus, ut ne a societatis istius unitate et coniunctione in gratiam Serenissimae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, recludantur aut avellantur.^{f)}

In dorso: D.

a) *additum super lineam*

b) *Hic numerus et sequentes, singularum conditionum puncta indicantes, in margine sunt adscripti.*

c) *in ms. Parnavio*

d) *hic verba: in eandem expuncta.*

e) *hic sequuntur verba expuncta: in quo*

f) *in ms. avellantur*

N. 84.

Stettini, [m. Septembri-Octobri] 1563.

Commissarii regis Daniae [Friderici II]

ad commissarios regis Poloniae [Sigismundi Augusti]

iterum de iis, quae ex parte Danica ad aliqua negotia nondum expedita conficienda ulterius facta sunt.

(Concept., autogr. Caspari Paselick)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Erstlich die acht schiff belangendt. Weil Eur H^{ten} nochmaln uf irer vorigen^{b)} resolution als^{c)} ieder zeit one alle veränderung bei diesem punct geben, beharlich pleiben,^{d)} so müssen wirs auch vor unser personen darbei wenden lasen. Das wir aber umb erofnung^{e)} ferners beuelichs in diesenn^{f)} artichel gefurdert, solches ist von uns nicht gemeint Eur H^{ten} mit uberdrussigen fuderungen zu beladen, sondern das wir dessen von der Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unserm g^{sten} hern, beuelich haben,^{g)} und uns gleichwol^{h)} nicht anders versehen können, weil der artichel von E.H^{ten} zum grunde uf zuruckbringen angenummen, das sich die Kon.Ma^t zu Polen, unser auch g^{ster} herr, zu gemeinem besten daruf wilferig hetten erzeigen sollen.

Wir achten auch von unnöten, die gleicheit dauon in Eur H^{ten} resolution gemelt, die doch uf den ungewissen fall des glugksⁱ⁾ gesetzt, weiter zu disputirn. Die Kon.Ma^t zu Polen sindt nicht weniger^{l)} vom Konning zu Schweden zum Krige verursacht durch eroberung der festen in Liflandt und ander feindtliche zuntotigung,^{m)} als die Kon.Ma^t zuⁿ⁾ Dennemarcken, unser g^{ster} herr,^{o)} derwegen ire Kon.Ma^t, beiderseits unser gnedigste hern, uf die ubergeben mittell sich in diese societet handlung freuntlich eingelassen. Und weil^{p)} von solcher gleicheit der ursachen widder Schweden in den bewusten mitteln kein meldung geschen, so achten wir ungelegen zu sein, uns derhalben in disputation einzulassen, seindt auch nicht gemeint die handlung unsers teils dardurch zu zerrutten oder ufzuhalten.

q) Es wollich sich aber die Kon.Ma^t zu Dennemarcken^{r)} zu der Kon.Ma^t zu Polen,^{s)} irem f. lieben ohmen und brudern, freuntlich und ungezweifelt versehen, ire Kon.Ma^t werden irer Ma^t, unserm g^{sten} hern, zu^{t)} erstattung des halben^{v)} krigskosten und des reichs Dennemarcken alter gerechtikeit halben, die schlosser, stedt und gebiet Pernow, Padis und Weisenstein, wan die erobert,^{x)} mit irer munition, vorrath und^{y)} zugehorung^{z)} unbeschwert einreumen und derhalben^{aa)} das heilsame werck der krigsgesellschaft lenger nicht aufhalten lassen. Doch der Kon.Ma^t und des reichs Dennemarcken gerechtikeit an der stad und gebiet Reuel, wie auch dem gantzen hertzogthumb Estonien auch des stifts Reuel gerechtikeit unuergreiflich. Und wirdt des reichs Dennemarcken gerechtikeit des orts dermassen^{ab)} nicht konnen abgelehnt^{ac)} werden, weil die Kon.Ma^t, unser g^{ster} h., solchs wan es erfurder gnugsam darzuthun. So seindt auch die^{ad)} Kon.Ma^t zu Polen, unser gnedigster her, der Kon.Ma^t zu Dennemarck der gerechtikeit selbst^{ae)} gestendig, und haben^{af)} sich derhalben iegen ire Ma^t zu mermaln^{ag)} f. erbotten, wie wir, wan es Eur H^{ten} begehren, alhie zur stedt nach nottrufft zu beweisen. Und ob wol ire Kon.^{ah)} Ma^t nicht zweifeln, es werden sich die Kon.Ma^t zu Polen, irem f. erpieten nach, iegen ire Ma^t derhalben bruderlich und freuntlich erzeigen, so wollen^{ai)} doch ire Kon.Ma^t derhalben unparteyischer hern und freuntt underhandlung oder auch erkantnuß nach geendigter dieser expedition und zu beider irer Kon.Ma^t gelegenheit nicht vorsein.

al) Was die ratification der Sonnenburgischen handlung belangt. Ob die Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unser gnedigster herr, sich wol versehen, es solten Eur H^{ten am)} in diesem als nicht alzu hochwichtigen puncten, so vill beschwerden nicht gehabt haben, in betrachtung das der Kon.Ma^t zu Polen dardurch nichts abgehn wurde. So wirdt^{an)} dennoch bei der Kon.Ma^t, unserm g^{sten} hern, an keiner pillikeit desfals auch mangel erscheinen. Also das ire Kon.Ma^t der rom.kai. und kon.ma^t erkantnuß derhalben wol dulden konnen. Wiewol ire Kon.Ma^t die ratification derhalb nicht so hoch notig erachten, weil gemelt haus und gebiet one dass von alters hero zu^{ao)} dem stift Ozell, wie zu erweisen, gehorig, und allein sub conditione quæ iam deficit, an den Orden erwachsen, wan ire Kon.Ma^t darzu sonderlich nicht trachten thetten. Welcher massen ire Ma^t mit der Kon.Ma^t, irem f. lieben ohmen und brudern, und irem lieben^{ap)} freunt und nachbarn dem h. in Churlandt, allenthalben in gutem vertrauwen und nachbarlicher richtikeit leben und kunftigen zwispalt furkommen mochten. Derhalben dan ire Kon.Ma^t glauben wollen, Eur H^{ten} werden vor sich selbst pillich erachten dieser suchung statt zu geben.

Was die ausbeut des stifts Churlandt iegen die Sonneburg betrifft,

dauon Eur H^{ten} erinnerung gethan. Ist zwar nicht on, das ire Kon.Ma^t hiebeur^{aq)} ires teils darzu keinen unwillen gehabt. Es ist aber irer Kon.Ma^t der stift nicht one mittel angehorig, also das ire Ma^t one vorwissen und bewilligung ires f. gelipten brudern hertzog Magnusen, unsers g. hern, und des stifts stende in dem nichts schlieslichs thun konnen. Und haben ire Kon.Ma^t dem hern Michel Brumow iungst zu Copenhagen ein schreiben ires gelipten brudern^{gst} zeigen lasen, darinnen deutlich vermeldet, das s.f.g. oder auch die stifts stende in die permutation nicht willigen konten. Und seindt ir f.g. nochmals^{ar)} der beharlichen menung. Aus diesem haben Eur H^{ten} zu ersehen, das es bei der^{as)} Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unserm^{g^{sten}} hern, nicht gestanden, das solch ausbeut nicht fur sich gangen. So ist auch one das noch res integra darin ire Kon.Ma^t mit fugen, do die auch fur sich in dem vahl zu schliesen macht gehabt oder hetten, iren willen nach irer Ma^t gelegenheit endern konten, wie Eur H^{ten} als rechtfuerstendige freuntlich zu ermesen. Und werdenn demnach Eur H^{ten} ire Kon.Ma^t derhalben entschuldigt wissen und sich nochmaln wegen der permutation der ratification kein bedencken machen.

Hertzog Hansen zu Finlandt betreffendt, haben wir in unser vorigen resolution allen beuell dargeben, den wir von der Kon.Ma^t, unserm^{g^{sten}} hern, von seiner f.g. dismal gehabt. Und wollens gleichwol Eur H^{ten} eigentlich daruor halten,^{at)} wan von dem hertzog zu Finlandt, unserm g.h. der erstmaln^{av)} zur feindschaft ursach^{ax)} geben,^{ay)} bei der Kon.Ma^t zu Dennemarck^{az)} widderumb freuntschaft und aussonung^{ba)} uf geburliche mittel gesucht. Das sich die Kon.Ma^t, unser^{g^{ster}} her, der Kon.Ma^t zu Polen zu bruderlichen ehren und gefallen, so vill one verletzung irer Ma^t konniglichen reputation und ansehens immer zu geschen, daruf dermassen erzeigen werden, das die Kon.Ma^t zu Polen zu befinden, das solch irer Ma^t intercession bei irer Kon.Ma^t nicht unfruchtbar abgangen. Den wo die Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unser^{g^{ster}} herr, der Kon.Ma^t zu Polen, irem f.l. ohnen und brudern, angenehem dienst und wilfarung zu erzeigen, das seindt ire Kon.Ma^t, so vill one abbruch irer konniglichen ehren und reputation immer zu thun, iederzeit erbotig und bruderlich und f. geneigt.^{bb)} Wir wollen auch in dem vor unser personen an unser underthenigsten relation und^{bc)} befurderung nichts erwinden lasen.

Die benachbarten fursten betreffendt, weil deren im Sundischen^{bd)} recess nicht gedacht, haben wir von der Kon.Ma^t, unserm^{g^{sten}} hern, keinen beuell. Doch wollen wir uns dessen uf irer Ma^t ratification mechtigen, das so wol h. Hans Albrecht zu Mekelburg als ander benachbarte fursten in dieser voreinigung vor freunt gehalten werden, so fern von iren f.g. und iren underthanen der Schwede oder seine verwanten^{bc)} mit pass oder zufuhr nicht gesterckt und sunst^{bf)} irer Kon.Ma^t zu nachteil^{bg)} nicht gehandelt wirdt. Sonst haben Eur H^{ten} zu bedencken, was sich uf solch widderige erzeigung wolt eignen und geburen.

In margine superiore: Ander^{a)} resolution der dennem. gesandten zu Stettin.

In dorso: E.

a) Ander *correct. ex* Erste

b) vorigen *add. sup. lin.*

c) als *correct. ex* die

d) beharlich pleiben *correct. ex* beharren

e) umb erofnung *correct. ex* uf

f) beuelichs in diesenn *correct. ex* und erclerung diess

g) haben *correct. ex* gehabt

- h) gleichwol *add. sup. lin.*
i) an *expunct.*
l) nicht weniger *add. sup. lin.* eben so wol *expunct.*
m) durch... zunotigung *add. in marg.*
n) Pole *expunct.*
o) und haben *expunct.*
p) Vor *expunct.*
q) Die Kon.Mat zu Dennemarcken wollen sich... furderlichst versehen *et alia verba, quae non leguntur, expuncta.* Es wollich sich aber *add. in marg.*
r) wollen sich *expunct.*
s) unge *expunct.*
t) zu *correct. ex an*
v) halben *add. sup. lin.*
x) wan die erobert *add. in marg.*
y) und *add. sup. lin.*
z) und gerechtikeit unbeschw *expunct.*
aa) die *expunct.*
ab) des orts dermassen *add. sup. lin.*
ac) abgelehnt *add. sup. lin.* verneint *expunct.*
ad) weil die Kon.Mat... die *add. in marg.*
ae) freuntlich *expunct.*
af) haben *add. in marg.*
ag) zu mermaln *add. sub lin.*
ah) Kon. *add. sup. lin.*
ai) wollen *correct. ex* können
- al) Wir wollen gleichsfals nicht streiten, wie es cum iure presentationis Episcopi und ander gerechtikeit im stift Reuel und Churlandt gelegen *expunct.*
am) Eur Hten *add. sup. lin.*
an) wirdt *add. sup. lin.* werden *expunct.*
ao) zu *correct. ex* zum
ap) lieben *add. sup. lin.*
aq) hiebeur *add. in marg.*
ar) mals *add. sup. lin.*
as) der *correct. ex* irer
at) was die Kon.Mat, unser gster her, des hertzen vilfaltigen, feindlichen und ungebürlichen erzeigung halber liegen Ire Mat one verletzung irer konniglichen reputation, ehren und ansehens immer thun und nachgeben können *cum multis correctio-nibus, expunct.*
av) ursach *expunct.*
ax) ursach *add. in marg.*
ay) die freunt *expunct.*
az) uf gebürli *expunct.*
ba) und aussonung *add. in marg.*
bb) Den wo... geneigt *add. in marg.*
bc) relation und *add. sup. lin.*
bd) ab *expunct.*
be) oder seine verwanten *add. in marg.*
bf) widder *expunct.*
bg) zu nachteil *add. sup. lin.*

N. 85.

Stettini, [m. Septembri-Octobri] 1563.

*Commissarii regis Daniae [Friderici II]
ad commissarios regis Poloniae [Sigismundi Augusti]
de ultima contributione Danica ad certa negotia nondum composita
expedienda.*

(Concept.; autogr. Caspari Paselick)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ob wir uns wol versehen, es wurden Eur H^{ten} mit ^{b)} unser negsten erclerung, darin wir ^{c)} unsern eusersten beuel dargeben, freuntlich zufriden gewest sein, und in einreumung der drei heuser und gebiet Pernow, Padis und Weisenstein, kein weiter beschwer gehabt haben. Weil wir aber vermercken, das Eur H^{ten} endlich ^{d)} kein weitern beuel haben, als ^{e)} an ^{f)} statt Weisenstein, die stadt, ^{g)} schloss und gebiet Pernouw neben Padis folgen zu lasen. Des sich doch Eur H^{ten} uf der Kon.Ma^t zu Polen, unsers g^{sten} hern, ratification vor sich selbst gemech-

tigt, und wir^{h)} gleichwol in dieser handlung durchaus nicht anders befunden, den das Eur H^{ten} diese sachen treuwlich und guth meinen. So wollen wir hinwider auch im beschluss dieser handlungⁱ⁾ an unser gebur nicht mangeln lasen, und sindt geneigt^{l)} der Kon.Ma^t zu Denne-
marc, unsers g^{sten} hern, beuel so weit zu erstrecken und uns in dem zu mechtigen, das an statt Weisenstein, wie E.H^{ten} begehren,^{m)} die statt,ⁿ⁾ schloss und gebiet Pernouw neben der abdei Padis im namen Gottes muge angenommen werden. Doch wie ieder zeit bei diesem punct gemelt, das Pernow und Padis mit aller munitio, prouiant und vorrath, als in zeit der eroberung daruf befunden, neben alle irer nutzung, zugehorung und gerechtikeit, eingeantwort und ubergeben werden.

So vill aber^{o)} der Kon.Ma^t und des reichs Dennemarcken gerechtikeit an Reuel, Weisenstein und dem gantzen hertzogthumb Estonien, auch des stifts Reuel gerechti: an dem thumb und ander zugehorung,^{p)} belangt, haben wir derhalben keinen weitem beuel, als in unser negsten erclerung gemelt, und haben Eur H^{ten} zu bedencken, das uns nicht geburen wolle,^{q)} widder^{r)} unsers g^{sten} hern beuel, irer Ma^t und des reichs Dennemarcken gerechtikeit zu uergeben. Und^{s)} weil sich^{t)} die Kon.Ma^t, unser g^{ster} herr, derhalben zu underhandlung oder erkantnuss unparteischer hern und freunde, zu beider irer Ma^t gelegenheit, freuntlich erpieten. So wollen wir nicht zweifeln, weil Eur H^{ten} selbst^{v)} zum Sunde denselben vorschlag gethan, es werden die Kon.Ma^t zu Polen darmit^{x)} freuntlich zufriden sein.

Weil sich auch^{y)} gleicher gestalt die Kon.Ma^t zu Dennemarcken, unser g^{ster} herr, wegen der Sonneburgischen handlung^{z)} zu der rom.kei. und kon.maiesteten erkantnuss f. erbieteten, wollen wir uns versehen,^{aa)} es werden die Kon.Ma^t zu Polen solchem schiedlichen erpieten f. statt geben. Doch^{ab)} mit dem ausdrucklichen vorbehalt, das die Kon.Ma^t und das reich Dennemarcken, so lang in ruigen besitz des gantzen gebiets Sonnenburgk pleiben solle, donec per arbitros pronunciatum fuerit.

Wan nun Eur H^{ten} geneigt sein, sich uf diese erclerung, die wir nicht zu uberschreiten, mit uns in einen abscheidt einzulassen, so seindt wir erbotig mit Euren H^{ten}, uf zeit die Inen gelegen, zusammen zu kommen und diese handlung im namen des Almechtigen zu uolnzihen.

In margine superiore: Endtliche zu a) Stettin ubergebene resolution.

In dorso: F

- a) Endtliche zu *correct.* ex Andere zu
- b) mit *add. sup. lin.*
- c) wir *add. sup. lin.*
- d) endtlich *add. sup. lin.*
- e) endt *expunct.*
- f) stadt *expunct.*
- g) ha *expunct.*
- h) wir *add. sup. lin.*
- i) im... handlung *add. in marg.*
- l) uns *expunct.*
- m) wie... begehren *add. in marg.*
- n) und *expunct.*
- o) aber *add. sup. lin.* nun *expunct.*

- p) auch des stifts... zugehorung *add. cum correctionibus in marg.*
- q) wolle *correct.* ex wollen
- r) irer *expunct.*
- s) und *add. in marg.*
- t) aber *expunct.*
- v) selbst *add. sup. lin.*
- x) darmit *add. sup. lin.*
- y) gleichsals *expunct.*
- z) und der gebeten *expunct.*
- aa) wollen... versehen *add. sub lin.* stehet nicht zu zweifeln *expunct.*
- ab) wollen wir *expunct.*

Vilnae, 13 Septembris 1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ioachimum II electorem Brandenburgicum et Henricum II ducem
Brunsvicensem
ad mediationem ipsorum in bello contra Suecos sub certis conditionibus
acceptandam paratum se declarat.
(Exemplar, versio ex lat.)
T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Sigismundt August vonn Gottes gnaden konig zu Polen, grosfurst inn Littawen etc.

Durchleuchtige, hochgebornne furstenn, unsere liebe herrn oheim und schweger. E.L. seindt unser freundschaftt unnd alles, so wir sonst liebs und guts vormugen, zu jder zeit bereit. E.L. schreiben den 23. Augusti inn Wulffenbittel gebenn, inst uns den zehendenn tag des Herbstmonats inn unser stadt Wilne^{a)} wordenn, und wir dessenn inhalt wohl vorstanden. Habenn auch darauff E.L. genegten gutten willen wohl gespuret und erfundenn, wie christlich und weisentlich E.L. die zwitracht, so zwischen christlichen herrenn entstehenn und zu iren eigenn schaden rathen, thun bedrathen. Auch wie uns E.L. treulich unnd gutthertzig vormahnen und bitten, wir die feindschaftt, so zwüschemm uns und den konig aus Schweden entstandenn ist, durch E.L. zu guttem friede zu bringen, nichtt abschlagenn.

Welcher E.L. beider guttenn willen und freundschaftt, so E.L. gegenn uns und unsern landen tragen, uns mehr dann lieb und angenehm ist gewesen. Begeren und wollenn fur solchemm gutthertzis treuen E.L. gegenn uns willenn inn allem, wo wir mögen und können, unness zu jder zeit danckbar zu erfinden lassen.

Unnd es ist im ja also, wie es E.L. ermessen, das die christlichenn herrnn ire crafft und macht und alle ir vormögen mitt iren inheimischen kriegen wider einander schwechen und immer zu gering machen. Viel besser were es, das ein jder an dem seinen ein genügenn hette, im friede lebte, und die macht und crafft nicht wieder die nechstenn nachbar, sondernn wieder gantzer Christenheit gemeinen feindt stadt habenn, und sich alda brauchen liese.

Sondern es wirtt wie dann E.L. selbst wohl unnd erfahren habenn, auch erachtenn können, einer offtt gerne ungerne seiner armen leutt friede halbenn inn krig getzogen und nicht allein gereitztt, sondernn auch getzwungenn das jenige zu thun, waran er selbst kein gefallenn hette, ebenn wie uns von dem aus Schwedenn geschehen ist. Welcher wohl wissent, das wir die armenn Lieflender nicht mehrung unsers reichs halben, dann wir Gott sei lob an den unsern ein genugen habenn, wider ruhms halben, den wir allewege ferner dauonn sein gewesen zu schutzenn und schirmenn angenommen. Sondern alleine das nachdem die armen leutte von dem Moscowitter fast gedrungen und nirgents wieder auch inn dem romischen reiche hulff unnd rettung erlangenn möchten, uns irer erbarmett, sie inn unserm schutz und schirm genommen haben, mitt wohlgefallenn der röm. key. mayt., welche gesanthen zu derselbigen zeit allein diesem handel beistunden.

Aus solcher unser freundtligkeit uber grosse mühe und costenn habenn wir das gewonnen, das vonn einer seitten der Muscowitter alle seine machtt unnd crafft kegen uns gewendet hat, von der andern aber der aus Schwedenn auch stille, ohne angebothener feindtschafft, wie es sich dann bei christlichenn herren nichtt vorheldt, uns mitt krieg angefochtenn und gross ursach geben, nicht allein das unsere zu beschutzenn und erholenn, sondern weiter auch inn solche ungeburliche weise einzubringenn.

Angesehenn aber das es E.L. treulich mitt uns meinen unnd unss zum vortrag und friedenn bringen begerenn, so wolttenn wir solchs nicht abschlagen, wann nicht das dareinkommen were, das wir nicht fur langer zeitt inn krigshandel mitt Koniglicher Würde inn Dennemarck eingangen, und derentwegenn an einem bestimppten ortt unser gesanthen abgefertiget haben, welche denn handel schlissenn sollen. Aber dess weitten wegs halbenn seindt wir noch nicht gewiss, ob der handel geschlossen. Wurd er aber schlossenn sein, so konnen wir mitt den Schwedenn kein vortrag noch friden ohne Kon.Würde auss Dennemarck machen.

Weil uns aber E.L. so treulich zum friede, den wir allewege lieb gehappt, bittenn und ermahnenn, so seindt wir dess gewiss, das E.L. ihm also zu machenn begerenn, auff das es uns zu keinem nachteil reichenn müge. Wollenn desshalben Kon. Würde aus Dennemarck zu dem geburlichen friede auch rathenn, und wir ihn auch selbst nicht abschlagenn. Sondern mitt der condition, das der durchlauchtige furst auss Finlandt, unser vielgeliebttter schwager, des koniigs aus Schweden bruder, gegen welchen er sich nichtt bruderlich, sondernn gar ungeburlicher weise vorhalten thutt, und etzliche andere unser vielgeliebte furstenn darein gefastt wurden. Mitt welcher gestalt wir als dann den gantzenn handel auff gutt vortrauen E.L. inn Euere handt und macht ubergebenn. Seindt der eigentlichenn und gewissen gegen E.L. zuvorsichtt, das sich E.L. also darinnen bemühenn und brauchenn werden lassenn, das der wider uns wider Kön. Würde aus Dennemarck wieder andern unsern vielgeliebttten fursten schaden wirtt. Und desshalbenn wir auch unser gesanthen auff dem bestimppten ortt und zeitt, E.L. begerenn nach, zu senden nichtt wider seindt. Begerenn was weiter E.L. darinnen gethan werden haben, auch zu wissenn. Wo wir dessgleichenn E.L. beidenn und jden in sonderheit liebs und angenems beweisenn mogenn. Darinnen wollenn wir nimmer unser danckbarkeitt gegen E.L. verborgenn lassen bleiben.

Geben inn unser stadt Wilno den xiiij^{ten} tag des Herbstmonats im jhar 1563, unsers konig ampts im 34^{ten}.

Sigismundus Augustus
Rex Poloniæ

An Churfursten zu Brandenburgk und herzog Heinrich zu Braunschwigk.

In tegumento: Copia konigl. polnischen schreibens an den churf. zu Brandenb. undt hertzog Henrichen zu Brauns., friedens handlung mit Schweden belangendt, 13. Sept. 1563.

a) *Hic aliquod verbum omissum esse videtur,*
e.g.: übergeben

Stettini, 26 Septembris 1563.

*Georgius Lykke et Caspar Paselick
ad Fridericum II regem Daniae
relatio de negotiationibus cum commissariis Polonis et de expeditione
Erici II ducis Brunsvicensis, Lunenburgensis et Calenbergensis.
(Orig., autogr. Caspari Paselick, duobus annulis obsignatum)
T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Durchlauchtigster, grosmechtiger, hochgeborner furst, gnedigster konig und herr.

Eur. Kon.Ma' seindt unser underthenigst gehorsame und getreuwe dienst, hogstes vermugens ieder zeit zuuor. Und fugen Eur Kon.Ma' hiemit underthenigst zu wissen, das uf Eur Kon.Ma' gnedigsten beuell wir nun vier tage lang mit den konniglichen polnischen commissarien uf die unerleddigte articel gehandelt, und an unserm schuldigen fleiss in der handlung nicht erwidern lasen. Nun haben wir aus irer, der konniglichen polnischen rethe, erclerung, daruf sie in zweien unterschiedlichen schriften bestanden, so vill vermerckt, das die gefurderten 8 schiff van orlage nicht folgen werden, aus ursachen das es irem hern schwer sein wolt, der sunst nicht im brauch hath zu wasser zu krigen, der underthanen schif in den sehestetten, so nur kauffarth, widder ire priuilegien und der vorfarn gebrauch zu nhemen und zum krige zu gebrauchen.

Weil nunn derhalben nichts zu erhalten, haben wir uf die einreumung der stedt, schlosser und gebiet Pernaw, Padis und Weisenstein^{a)} bis daher mit fleiss gedrungen und gehandelt. Daruf ist uns Weisenstein und Padis gewilligt und Pernaw ieder zeit eximirt worden, weil die konnige und das reich Dennemarcken daran niemals gerechtikeit gehabt. Was uber Reuell und Pernow verhanden, solches sei in des Moscowitters gewalt und wirdt, irem bedencken nach, dem pleiben, der es mit dem schwerdt widder erlangt.

Die ratification der Sonneburgischen handlung wirdt vor dismal auch nicht folgen. Den es wirdt vorgewandt, es konnen die Kon.Ma' zu Polen nicht confirmiren, daruon men kein wissenschaft habe, und felt fast streit vor von denselben handlung. Doch ist erpieten geschehn, wan wir den commissarien ein glauwbwurdige copei der handlung zustellen wurden, wolten sie dieselb an die Kon.Ma' zu Polen uberschicken, und nicht zweifeln, es wurden sich ire Ma', so vill on verweiss zu geschen, wilferig daruf erzeigen.

Hertzog Hansen belangendt, wollen sie nachmaln endtlich, das er vor freunt zu halten. Doch vermercken wir so vill, das der punct mocht an einen ort gesetzt, und die handlung dennoch fullenzogen werden. Wiewol sie sich fast beschweren, das sich Eur Kon.Ma' uf des konnigs zu Polen fleisige verbitt und erbieten nicht weiter erclert.

Zu dem werden allerlej neuwerungen eingefurt, das wegen Eur Kon.Ma' und des reichs gerechtikeit an dem hertzogthumb Estonien auch des stifts Reuel gerechtikeit, schwerheit erregt, und die Kon.Ma' zu Polen sich ius praesentationis Episcopi, so wol im stift Reuell als in

Churlandt, anmassen. So begehren auch die Kon.Ma^t zu Polen, das die benachbarten fursten, Preusen, alle fursten von Pommern und Mekelburg in dieser krigsgesellschaft vor freunt zu halten mit iren underthanen, darauf sie dan fast dringen.

Wir wollen aber in den puncten, darin wir von Eur Kon.Ma^t underthenigst beuelicht sein, Eur Ma^t ehr,^{b)} nutz und bestes mit underthenigsten getreuwen fleiss befurdern und daran nichts vergessen. In den ubrigen, wiewol die uns fast beschwerlich vorkommen, wollen wir underthenigsten fleiss haben, das darin nichts nachgegeben, so zu Eur Kon.Ma^t nachteil zu gereichen.

Wan aber uber zuersicht die handlung vor dismal auch nicht kan geschlossen werden. Als dan wollen wir uns uf die anderweit zusammenkunft, Eur Kon.Ma^t gnedigsten beuell nach, widderumb vergleichen.

Von hertzog Erichs gelegenheit haben Eur Kon.Ma^t wir hiebeuor von hinnen and aus Rostock underthenigst zugeschrieben, was wir erfahren mugen. Und sollen itzo Eur Kon.Ma^t underthenigst nicht verhalten. Nachdem die benachbarten chur und fursten neben den hertzogen von Pommern in rustung gewesen und angezogen, ist hertzogk Erich dermassen benottrant worden, das er sich in seinem zuge und nachtlegeren dermassen hath müssen verhalten, wie die h^{tz} von Pommern verordent. Doch hath er sich zwischen den pommerschen stromen mit demutigen flehelichen reden und schreiben heraus gewirckt, und hath gleichwol dem churf. zu Brandenburg, den hertzogen von Pommern und Mekelburg geisler setzen müssen, das er den zug also nemen wolle, wie men sich mit ihm vergleichen, und das krigsfolck an den greintzen zwischen Pommern, Marck und Mekelburg trennen und verlaufen lasen. Und ist zu der notruft heut uber die Oder durch die Lökenitz des von der Schulenburgs guth gelasen. Und seindt die geisler gute ehrliche vom adel alhie zu Stettin in der custodien. Was weiter erfolgen wirdt, wirdt die zeit geben. Und haben diss Eur Kon.Ma^t uf empfangnen beuel underthenigst nicht sollen verhalten. Und seindt Eur Kon.Ma^t, als unserm gnedigsten konnig und hern, underthenigst und gehorsamlich zu dienen iederzeit erbotig, schuldig und willig. Thun Eur Kon.Ma^t in den gewaltigen schutz Gottes zu frischer leibsgesuntheit und zu sieg und victori uber^{c)} aller irer feindt underthenigst und getreuwlich empfehlen.

Datum Alten Stettin den 26. monattag Septembris, anno 1563.^{d)}

Eur.Kon.Ma^t

underthenigste und
getreuwe diener

Jurgen Luck, ritter
Caspar Paselick.

Post scripta.

Der churf. zu Sachsen, unser g^{ster} herr, ist mit 1000 pferden angezogen und hath sich iegen die hern vom Pommern erbotten, wan es vonnoten und der hauf nicht kont getrent werden, mit 2000 pferden selbst inen zu hulf zu kummen.

Die alhie anwesenden polnischen gesandten haben beuell zu der fridshandlung zu Rostock zu erscheinen und haben die bewuste anzeige von uns zu sondern gefallen vermerckt.

In dorso: Dem durchlauchtigsten, grosmechtigen, hochgebornen fursten und hern, hern Friderich dem Andern zu Dennemarcken und Norwegen etc. konnig etc. unserm gnedigsten konnig und herr.

Alia manu: Productae Engelholm den 6. Octobris anno 63, die aussrichtung^{e)} zum Sundt und h. Erichs wegen.

a) Weisenstein *correct. ex* Weisestein

b) und *expunct.*

c) uber *add. sup. lin.*

d) 1563 *correct. posterius ex* 1562

e) aussrichtung *lectio incerta.*

N. 88.

Stettini, 5 Octobris 1563.

*Commissarii regis Poloniae et commissarii regis Daniae
ad rei memoriam
de societate bellica ineunda tractatus.*

(Exemplar.) In Archivo extant tria alia huius documenti exemplaria, paulo tamen breviora et subscriptionibus commissariorum carentia, quorum duo, sicut et hoc a nobis editum, pro parte Polonica, unum vero Danica confecta apparent; unum ex scriptis pro parte Polonica conceptum esse videtur. Vide etiam N. 76.)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

In nomine Sanctissimae atque Individuae Trinitatis. Amen.

Notum testatumque sit in universum omnibus atque seorsim singulis, harum aliquando notitiam aliquam habituris. Quod cum Rex Suetiae Ericus, nulla unquam a quoquam Rege offensus, aut provocatus, seu lacesitus iniuria, sanctissimum illud dulcissimae optatissimaeque pacis et concordiae ac publicae tranquillitatis et amoris vinculum rumpens, in Regna, Provintias, Ditiones et Dominia Serenissimorum potentissimorumque Poloniae, Daniae atque Norvegiae Regum etc., Minorum nostrorum clementissimorum, caeca quadam libidinis suae cupiditate debachari atque saevire inceperit, populosque Maiestatibus illarum subiectos terra marique infestare et sine ullo Christianae pietatis discrimine lacerare et opprimere, ferro ignique persequi ac in suam potestatem truculenter redigere subigereque perrexerit. Eo tandem caecitatis pervenit, ut et calumnia utraque Maiestate adfecta, nomen etiam Suarum Maiestatum, per se alioquin semper antehac et ubique gentium laudatissimum, tum et integerrimam celebratissimamque illarum Maiestatum famam, convitiis adficere atque diminuere fuerit conatus. Qui cum ab isto suo iniquo, iniusto impioque et Principe Christiano indignissimo proposito atque instituto iustissimis rationibus ac amicissimis ac sanctissimis admonitionibus, tum et convenientissimis persuasionibus, ab utraque Serenissima illarum Maiestate multoties et ultra, quam par erat, avocaretur, spretis et contemptis omnibus sibi oblatis tam piissimis occasionibus atque conditionibus, nihilominus usque adeo mordicus in suo persistit proposito et instituto, ut indies magis magisque superbire, cristas

erigere, contemnere quenque et in utramque illarum Serenissimam Regiam Maiestatem usque adeo pertinaciter dentes exacuere videretur, ut omnino tandem earum Serenissimae Regiae Maiestates famae, honoris, existimationis et reputationis suae causae,²⁾ conservandorumque Regnorum, Provintiarum, Ditionum, Dominiorum ac populorum deinceps suorum, terra marique hitorum et possessorum, tum et privatae publicaeque tranquillitatis et pacis stabiendi et retinendae gratia, longe alias rationes et media quaerere sunt coactae, quam unquam in animum induxerant suum. Ne itaque sibi ac suis deesse, ac omnino tot contumelias, iniurias, convitia, pericula atque damna, a Sueco Suis Maiestatibus illata, parvi facere aut contemnere et negligere viderentur, mittere primum Stralsundium, deinde huc Stetinum, nos communes suos commissarios utrique Maiestati illarum ad tempus et dies praefixos libuit, ut quandoquidem a Sueco utraque illarum Maiestas paribus rationibus iniuriarum fuerit adfecta, pari etiam ratione, communicatis consiliis de modo et ratione defensionis, et propulsandae propellendaeque iniuriae, atque de societate belli ineunda et de coniungendis viribus, Suecorum Regis machinationibus et conatibus obviam parandis mittendisque, in hoc praefato Conventu moderno tractaremus et consultaremus. Quidquid autem ex re, honestate, laude, gloria atque commodo utrarumque illarum Maiestatum futurum existimaremus, de omnibus concluderemus, statueremus, ratum gratumque ac firmum stabiliremus et confirmaremus.

Proinde nos, Franciscus Russoczki, Castellanus Naklensis, Regiae Maiestatis Regnique Poloniae Consiliarius, Gabriel Grabowieczki, Tribunus Lomsensis et Regiae Maiestatis Poloniae Secretarius ac Mlvensis Capitaneus, et Michael Brunraw, eiusdem Regiae Poloniae Maiestatis Secretarius, nomine Serenissimi et Potentissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi Augusti, Dei gratia Regis Poloniae ac Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaeque, Livoniae etc. Domini et Haeredis, Domini nostri clementissimi; nos idem, Georgius Lucke de Offwergardt, Eques Auratus et Regiae Danorum Maiestatis et Regni Daniae Consiliarius, Caspar Paseligk de Liddow, Decanus Roschildensis, nomine etiam Serenissimi et Potentissimi Domini, Domini Fridrici Secundi, eadem gratia Danorum, Norvegorum, Vandalorum Gothorumque Regis, Ducis Slesvici, Holsatiae, Stormariae ac Diethmariae, Comitum in Oldenburg ac Delmenhorst, Domini nostri clementissimi, utrinque deputati commissarii, primum Stralsundii, deinde hic Stetinei²⁾ in Pomerania convenientes, mutuisque sermonibus et consiliis collatis, tractatis ac diu deliberatis conditionibus, articulis, clausulis et punctis omnibus, de societate belli istius contra Suecum et eius adherentes et foederatos ineunda, in eum tandem, vigore nobis datorum mandatorum et commissionum, quarum tenorem in fine harum literarum adiecimus, convenimus, qui sequitur, modum.

Principio Serenissima Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, vult prout et debet, tam copiosum et numerosum ex equite et pedite milite congregatum exercitum in Livoniam mittere, quanto maiorem nunc et copiosorem colligere per omnem occasionem aut facultatem suam poterit, eumque ita instructum et paratum ad recuperandas a Sueco occupatas civitates et arces, ac ad amovendas propulsandasque ex eis Suedicas munitiones et praesidia convertere atque ibi ea omnia experiri et tentare, quaecumque ad omnimodam eliberationem dictarum civitatum et arcium, quae a Sueco detinentur, pertineant, donec, Deo favente, omnia ad optatum desideratumque finem in Livo-

nia, aut per victoriam amborum Regum, aut per viam transactionis, iuxta conditiones inferius specificatas, perducantur. Ut scilicet utrique Regiae Maiestati, de suo interesse, quaecumque a Sueco desiderabuntur, ex utriusque consensu et voluntate per omnia satisfiat.

Ex altera item parte, vult etiam et debet Serenissima Regia Danorum et Norvegorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, cum omni suo tam equitum quam peditum numero ex exercitu, quem nunc habet, ac cum classe, quae est instructa, universa, Regnum Suetiae tam terra quam mari adoriri ibique omnia experiri et tentare, ut nihil penitus intentatum esse videatur, quod ad acceptas iniurias vindicandas et ad susceptae huius mutuae belli societatis offitium pertinere quis existimet, donec etiam, quantum Deus et fortunae eventus paciatur, ea qua dictum est ratione omnia ad optatum desideratumque finem in Suetia, aut per victoriam aut per viam transactionis, perducantur.

Denique pro se quisque in istius tam immanis et truculenti hostis, Regis Suecorum, perniciem et detrimentum et internationem illarum utraeque Maiestates Regiae sunt facturae, ut omnino Dei beneficio intelligat et experiatur Suecus se iniuste et sine ulla legitima causa utriusque Regiae Maiestatis personas ad hoc certamen provocasse.

Ad haec si civitates in Estoniae Ducatu, quae olim Magistrorum Livoniae aut Ordinis fuerunt, nunc vero a Rege Suetiae ferociter et violenter, contra omne ius et aequitatem, occupantur, nempe Weissensteina, Padis, Parnovia et arx civitasque Revaliensis, cum omnibus attentioniis, aut etiam aliae Suedicae in Livonia munitiones, deditionem omnino facere nollent atque ita longiore obsidione opus esset, vult Regia Poloniae Maiestas propriis suis sumptibus et impensis, quanto citius eius rei dabitur facultas et occasio, eas omnes eliberare, neque prius ab incepto desistere, nisi prius Dei Omnipotentis auxilio adiutorioque rerum fuerit potita.

Quod si vero ipsa belli ratio per utranque Regiam Maiestatem ad eum, uti dictum est, modum constituta, perduci non potuerit, et si alter alterius ope extra ordinem indigebit, tum demum capto ex re et occasione aut tempore consilio, utraeque illarum Maiestates rebus communibus deesse non debent, sed eas fideliter candideque et syncere, quemadmodum confoederatos et consociatos ac amicissimos principes decet, pro rei exigentia et necessitate promovere tuerique et defendere et eliberare, pecuniaque ac sumptibus ac copiis mutuis iuvare erunt obstricti; quae omnia ad rationem temporum et occasionum, tum et ad rei ipsius necessitatem et oportunitatem, accomodari debent et tenebuntur.

Non debent autem neque volent utraque, Poloniae scilicet et Daniae Maiestates, Domini nostri clementissimi, altera sine alterius assensu et scientia ac voluntate cum Rege Suecorum in ulla transactionum conditiones seu tractationes descendere aut consentire, nisi prius hac de re inter illarum Maiestates ex omnibus partibus conveniat. Conditiones autem utriusque Maiestatis Regiae hae cum primis necessario erunt proponendae:

Principio ex parte ^{a)} Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, ut Illustrissimum Dominum Curlandiae Ducem, clientem et vasallum Regiae Poloniae Maiestatis, quem non bello neque armis, sed iudicio Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis persequi debebat, in posterum neque bello neque armis infestet, sed eius Illustritati de iniuriis illatis atque damnis per omnia satisfaciat, damnaque illata in toto resarciat ac parata pecunia rependat et persolvat. Secundo, ut in Livonia omnia Regiae

Poloniae Maiestati, Domino nostro clementissimo, quae ibi occupavit, restituat et praesidia inde sua statim abducat, ac amoveat, liberaque omnia, una cum toto apparatu bellico et comœatu, in manus eius Regiae Poloniae Maiestatis aut Maiestatis eius mandatariis, sine ulla tergiversatione et mora aut procrastinatione reddat et tradat. Tertio, ut una cum expensis in bellicam hanc expeditionem factis damna et iniurias, tam Regiae Poloniae Maiestati, quam illius Maiestatis subditis, quovis modo per omne id tempus illatas, etiam resarciat et rependat. Quarto, ut Illustrissimum Dominum Ioannem Finlandiae Ducem, fratrem, integre in omnibus restitutum, atque adeo Illustrissimos Dominos Duces Prussiae, Curlandiae Pomeraniaeque omnes atque Megapolenses, et omnes alios Duces et civitates populosve, eius Poloniae Maiestati sanguine iunctos aut confoederatos et necessarios ac subditos, pro amicis habeat adversusque illos omnes nihil unquam postea hostilitatis aut inimicitiae machinetur aut moliat. Quinto et ultimo, ut faciat liberam navigandi atque mercandi et quarumvis mercantiarum ubique transportandi et negotiandi potestatem et facultatem per maria omnia omnibus Regiae Poloniae Maiestatis subditis, tam ex Regno Poloniae quam ex Prussiae et Livoniae Ducatibus, ac una ex aliis omnibus et singulis Provinciis et Dominiis, tam Regiae Poloniae Maiestatis quam Illustrissimorum Dominorum superius nominatorum, confoederatorum aut adhaerentium Ducum et Principum, et quidem sine ullo impedimento et contradictione Suecorum Regis, vel quorumvis eius subditorum aut illi adhaerentium.

Regiae vero Danorum atque Norvegorum Maiestatis nomine eae conditiones et articuli erunt exhibendi:

Principio, ut Rex Suecorum usum armorum seu insignium Serenissimae Danorum Maiestatis regionum, tam super Regno Daniae quam Regno Norvegiae, ante omnia deponat atque eisdem in forma meliore renunciet. Secundo, ut idem Rex Suetiae, quicquid in Scania aut aliis locis in Regno Daniae et Norvegiae, aut etiam in Livonia Ducis Magni, Principis Holsatiae etc., terra marique occupavit, illud cum omnibus utilitatibus et fructibus perceptis Serenissimae Regiae Daniae Maiestati sine ulla tergiversatione restituat et tradat. Tertio, ut Rex Suetiae Ericus omni iuri, quod quidem in Regno Norvegiae, Gotlandiae et Scania sibi competere hactenus asseruit, modo meliore et forma renunciet eamque renunciationem, scripto comprehensam, Regiae Daniae Maiestati sine contradictione offerat. Quarto, ut liberam quoque navigandi et mercandi potestatem, tam Regiae Daniae Maiestatis subditis, quam omnibus hominibus sine quovis impedimento concedat. In primis autem, ut Rex Suetiae cautionem idoneam et sufficientem praestet se Lubecensi Reipublicae omnia damna et iniurias illatas^{b)} secundum ius et aequum compensaturum iisque de omnibus gravaminibus satisfacturum. Quinto, ut omnes sumptus et expensas, quas Regia Daniae Maiestas, vi et iniuriis Regis Suetiae provocata, in hoc bello terra marique gerendo fecerit, Rex Suetiae parata pecunia plene persolvat et refundat. Sexto et ultimo, ut dissensio de tribus Coronis, et si quae praeterea sunt legitimae disceptationis causae, secundum antiqua foedera, more maiorum, per utriusque Regis deputatos Consiliarios dirimatur ac in genere foedera omnia, variis quidem modis labefactata, renoventur et bona fide in posterum serventur.

Quod si vero tractationes istarum conditionum duriores, quam ut eis Suecus satisfacere queat, videbuntur, quaeri poterunt et investigari

utrinque rationes, quibus alter alterius sententiam de conditionibus transactionis futurae exquirere ac deinde in medium producere ac declarare queat. Quod ut ex aequo et iusto utrinque illarum Regiae^{b)} Maiestati par sit ad eam rem potestas, sponte sese ambae Maiestates Regiae submiserunt, tum et illud pollicitae sunt mutuo, quod Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, in id totis viribus atque conatibus incumbere durante hoc Suedico bello debebit. ut in Prussia, Livonia, Pomerania, Megapoli, quemadmodum id hactenus ab eius Regia Maiestate factum est diligenter, Suedo passus et transportandi comeatus facultas intercludatur; Regiaque Daniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, vicissim id se in Regnis Daniae Norvegiaeque, tum et in Ducatibus Slesvici et Holsatiae ac in aliis civitatibus vicinis, praesertim Lubecensi et Hamburgensi, facturam promisit.

Quod si vero quis Regum aut Principum, sive statuum aut civitatum, Regi Suetiae sese, durante hoc bello Suedico, adiungere et illi adhaerere atque contra hanc mutuam belli societatem aliquid machinari aut moliri voluerit, eiusmodi istorum conatibus, communibus consiliis, ingenio, viribus, unanimi ope et consensu obviam omnino ire utraque illarum Maiestas se submisit et est pollicita.

Quibus quoque liberum erit in hanc societatem bellicam quosvis Principes, status, civitates, pro peculiari tamen contra Suedum auxilio, recipere. Cuius rei gratia statim a Serenissima Regia Danorum et Norvegorum Maiestate occasio cum civitate Lubecensi intermissa non est, ob cuius societatem et adhaerentiam, si fortasse in tractationem transactionis esset descendendum, spondent hic quoque utraeque illarum Maiestates se sine civitate Lubecensi nihil transigere et neque tractare velle cum Rege Suedorum.

Est etiam hic nomine Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis expresse facta plenaria declaratio: Non debere hanc belli societatem in tam intelligi contra Imperatoriam Regiamque Romanorum Maiestates ac Sacrum Imperium Germanicae nationis. Ita similiter neque contra Serenissimas Regias Hispaniarum, Galliarum, Angliae Scotiaeque Maiestates, tum et neque contra Moschorum Ducem, cum quo eius Regiae Daniae Maiestati pax intercedit, cum nullius iniuria atque periculo coniuncta.

De hoc quoque inter illarum Maiestates Serenissimas omnino convenit: Societatem hanc belli non ad tempus, sed in eventum aut victoriae aut transactionis esse institutam, ita videlicet, ut haec belli societas nulla ratione dissolvatur, quam bellum hoc Suedicum ad optatum finem fuerit perductum et quam utrarumque Regiarum Maiestatum mutua voluntas et consensus ad eam rem intervenerit.

^{c)} Convenerunt item illarum Maiestates Regiae unanimiter et libenter civitatem et arcem Pernoviam ac Padim monasterium, ubi ea Dei benignitate e potestate inimicorum per Regiam Poloniae Maiestatem recuperatae²⁾ et emancipatae²⁾ fuerint, pro recompensatione dimidii bellicorum sumptuum et antiqui iuris, quod Regia Daniae Maiestas sibi Regnoque suo in Ducatu Estoniae competere asserit, sine ulla difficultate et contradictione, cum districtu utriusque earumque omni apparatu bellico et munitione, cum commeatu ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, in manus et potestatem Serenissimae Regiae Danorum Maiestatis, aut eius Maiestatis mandatariis, iure domini sui proprietatis, cum cessione omnis iuris, tam Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, quam Illustrissimi Domini Curlandiae Ducis, quod quidem in istis locis habent,

vel potita victoria habere poterint,²⁾ omnino tradi debere, citra tamen quorumcunque hominum praeiudicium et iniuriam. Quod quidem Serenissima Regia Poloniae Maiestas, Dominus noster clementissimus, post recuperationem bona fide facturam et praestitutam esse recepit et promisit.⁴⁾ Quidquid autem Serenissima Regia Poloniae Maiestas praeter Pernoviam et Padim in Ducatu Estoniae hoc bello consequuta fuerit, illud totum cum omni iure ad Serenissimam Regiam Poloniae Maiestatem pertinebit poteritque eius Regia Poloniae Maiestas pro arbitrio et voluntate de eo disponere. Quodcunque vero Serenissima Regia Daniae Maiestas hoc bello in toto Regno Suetiae consequuta fuerit, illud Maiestati Suae et Regno Daniae cedet cum pleno iure.

Cum vero in Ducatum Estoniae Regia Daniae Maiestas sibi ius quoddam antiquum competere asserit, quod Regiae Maiestati Regnoque Daniae eiusdem commissarii integrum atque illaesum reservarunt, et in quo hac cessione Pernoviae ac Padis Regiae eius Maiestati satis factum nondum arbitrati sunt, deque arcis ac districtus Soneburgensis, tum et de Episcopatum Revaliensis et Curoviensis,⁷⁾ in quibus quoque Serenissima Regia Poloniae Maiestas ius sibi integrum esse asserit, cumque in his de iuris praerogativa seu potestate utrinque difficultas oriretur deque eo controverteretur, neque nos, superius nominati commissarii, hac de re ulteriora mandata haberemus, ut quid definitive aut absolute in huiusmodi negotiis inter tantos Reges tamque insignes Principes decidere, decernere aut statuere possemus, in hoc ad extremum et finaliter mutuo consensu et voluntate convenimus: quod nos, praefati commissarii, utrique pro suis Regibus bona fide spondemus, quod tam Serenissima Regia Poloniae quam Regia Daniae Maiestates tenebuntur et debentur inter se de praefatis iuribus, tam in Ducatum Estoniae et utrumque Episcopatum, Revaliae scilicet et Curoniae, quam in arcem et districtum Soneburgensem, deque illo toto negotio amicabiliter componere aut, ita si utrisque illarum Maiestatibus visum fuerit, utraque suae causae et iurium, de quibus conventum hic non est, decisionem, cognitionem et determinationem, iudicio arbitrioque communium amicorum Regum seu Principum (de quibus inter utrasque illarum Maiestates unanimiter convenerit) subiicere. Ac quicquid super his omnibus causis, actionibus et controversiis praefati Domini Arbitri iuste et legitime deciderint et constituerint, Maiestates illarum utrinque firmiter et inviolabiliter observare et manu tenere debentur et tenebuntur. In quo tamen de eo expresse esse conventum, ut Serenissima Regia Daniae Maiestas, ratione iuris sui quaesiti, tam diu in quieta et pacifica possessione, vel quasi, arcis et totius districtus Soneburgensis sine impedimento Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis maneat, donec aut per mutuum et spontaneam transactionem, aut per communes arbitros de ea re fuerit constitutum et pronunciatum.

Conventum est etiam inter illarum Maiestates, quod cum Regia Poloniae Maiestas Serenissimae Regiae Daniae Maiestatis consanguineos et confoederatos omnes pro amicis habet et libenter agnoscit, nec sine iis ad tractationem transactionis descendendum esse, per nos, commissarios suos, inclusae, praesentibus literis firmissime spondit et promisit. Serenissima vicissim Regia Danorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, in gratiam Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, Fratris, Consanguinei et Affinis sui charissimi, sanguine iunctos et foederatos Principes populosque, videlicet Ducem Curlandiae, Ducem^{b)} Prussiae, Pomeraniae Duces omnes atque Ioannem Albertum et Udalicum Megapolenses Duces, libenter pro amicis habet, ea tamen conditione, ne

Illustrissimae illarum Celsitudines, id quo minime Regia Danorum Maiestas sperat, Sueco et eius adhaerentibus passus aut ullam transportandi commeatu facultatem subditis suis permittant aut concedant.^{e)}

Conventum item est quoque utrinque inter illarum Maiestates, quod si fortasse per commissarios istos designatos, qui nunc Rostochii, aut postea uspiam alias conventuri sunt, ad tractationem firmandae et stabililandaeque²⁾ pacis et concordiae inter Serenissimam Regiam Daniae Maiestatem et Suecorum Regem descendere eamque inter illarum Maiestates constituere et ad optatum finem perducere conabuntur, non prius illa pax aut concordia firmari atque stabiliri a Regia Daniae Maiestate debeat, nisi ea quoque pace et concordia Serenissima Regia Poloniae Maiestas atque adeo populi foederatique omnes, et Maiestati illius adhaerentes, vigore superius expressorum articulorum et conditionum, comprehensa et comprehensi omnino esse videantur. Quod vicissim Serenissima Regia Poloniae Maiestas se nulla ratione facturam esse, sicut antea, ita et hoc loco, sanctissime recipit et promittit.

Quantum autem Illustrissimum Dominum Ioannem Finlandiae Ducem attinet, quoniam hac re Regiae Daniae Maiestatis commissarii nulla alia habuerunt mandata, quam ut Illustrissima Celsitudo Sua intra sex septimanas hominem fidelem mittat ad Serenissimam Regiam Daniae Maiestatem cum pleno mandato, qui media proponat, quibus in gratiam Regiae Suae Maiestatis sit recipiendus. Et intra quorum fines necessario sese continere cogentur, cum tamen certa fama sparsum fuisset Ducem a fratre, Rege Suecorum, captum esse, ita ut omnino nunc liber non sit neque sui iuris, impossibileque illi omnino fuerit non tantum inter sex hebdomadas, sed vix etiam intra totidem menses, fidelem personam cum plena potentia ad Serenissimam Regiam Daniae Maiestatem de aliqua reconciliatione ineunda aut suscipienda mittere, nisi prius fuisset liber. Ita tandem inter nos, commissarios praefatos, convenit, ut quam primum dictus Illustrissimus Dominus Ioannes Finlandiae Dux fuerit hac fraterna captivitate liberatus, ita ut illi omnino per fratris impetitionem ac impedimenta omnia sint integra et libera. Tunc demum si fortasse illud praefatus Dominus Finlandiae Dux expetiverit, debeat statim, ubi factus fuerit liber, fidelem personam cum plenis mandatis ad Serenissimam Regiam Danorum Maiestatem mittere, mediaque et rationes in medium adducere, quibus cupiat Serenissimae Regiae illius Maiestati reconciliari.

Ad quod negotium tractandum et ad optatum finem perducendum licebit et Serenissimae Regiae Poloniae Maiestati aliquem ex suis hominibus in hanc compositionem adiungere, ut eo facilius negotium istius compositionis componi et omnino sopiri possit. Quod ubi fuerit factum, non dubitant Serenissimae Daniae Maiestatis commissarii eius Maiestatem Regiam omnia in gratiam Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis facturam, quaecumque sine offensione Serenissimae suae reputationis et existimationis, ac in declaranda erga Serenissimam Regiam Poloniae Maiestatem, Fratrem et Affinem suum charissimum, benevolentia amicitiaeque ac amore digna factu videbuntur.

Quod autem postulat Serenissima Regia Poloniae Maiestas, cum dimissi fuerint milites a Serenissima Regia Daniae Maiestate, sive id²⁾ confecto sive non confecto bello, ut procul a ditionibus Serenissimae Regiae Poloniae Maiestatis, videlicet Poloniae Regno Livoniaeque et totius Prussiae Pomeraniaeque Ducatibus, iter illis constituatur, ea postulata Regiae Poloniae Maiestatis Regiae Daniae Maiestatis commissarii ad Regiam Suam Maiestatem et libenter et diligenter perluros esse promittunt atque sperant Regiam Daniae Maiestatem, quantum omnino

possibile erit, illa omnia penitus facturam, quae ad Regis Christiani eiusque amicissimi consanguinei et charissimi fratris offitium et debitum atque adeo amorem et amicitiam quivis pertinere posse existimet aut credat.

Quae omnia et singula nos, supra memorati commissarii, quaecunque hisce in literis praesentibus de verbo ad verbum scripta sunt et comprehensa, nomine et auctoritate earum Maiestatum Serenissimarum, in illarum omnibus punctis, clausulis conditionibusque et articulis approbamus, confirmamus ratificamusque praesentibus literis nostris, vigore mandatorum, in hac parte a Serenissimis et Potentissimis Principibus et Regibus, Dominis nostris clementissimis, concessorum. Quorum tenorem de verbo ad verbum subiecimus:

Sigismundus Augustus, Dei gratia Poloniae Rex, Magnus ^{b)} Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviaeque et Samogithiae etc. Dominus et Haeres. Generosis et Nobili Francisco Russoczki, Castellano Naklensi ac consiliario nostro, Gabrieli Grabowiczki ac ^{z)} Capitaneo nostro Mlavensi, et Michaeli Bruno, Secretario, fidelibus dilectis, gratiam nostram. Fideles nobis dilecti. Cum magnae admodum causae extent, cur nos, unaque nobiscum Serenissimus Princeps Dominus Fridericus Secundus, eadem gratia Daniae Rex etc., bellum Suetiae Regi indicere necesse habeamus, constituimus ex utriusque nostrum summa voluntate societatem belli inter nos inire. Eoque modo iniurias nostras persequi. Ad cuius quidem societatis rationes constituendas indiximus communi Serenitatis eius sententia conventum Nuntiorum et Commissariorum communium nostrorum Sundii, in ditioe Illustrissimorum Dominorum Ducum Pomeraniae, ad diem duodecimum Iulii. Itaque negotium constituendae eiusmodi societatis rationumque ipsius Fidelitatibus Vestris, quarum fidem et in rebus gerendis usum ac peritiam commendatam habemus, committendum duximus, committimusque per praesentes literas, mandantes Fidelitatibus Vestris, ut Sundium pro duodecima Iulii se conferant, ibique cum nunciis et commissariis Serenitatis eius tractationem de rationibus ineundae societatis, pro fide et offitio suo erga nos, instituant eandemque institutam prosequantur.

Et tandem ex re et dignitate, tum nostra tum Reipublicae perficiant. Omniaque faciant, quae ad eam rem quovis modo pertinere videbuntur, unius Fidelitatum Vestrum absentia non obstante. Quicquid autem per Fidelitates Vestras institutum, actum et determinatum fuerit, id nos ratum et gratum sumus habituri. Aliter non facturae Fidelitates Vestrae pro gratia nostra. Datum Vilnae, die tredecima Iunii, anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio, Regni vero nostri trigesimo quarto. Sigismundus Augustus Rex subscripsit.

Fridericus Secundus, Dei gratia Danorum, Norvegorum, Vandalorum Gothorumque Rex, Dux Slesvici, Holsatiae, Stormariae ac Dithmarsiae, Comes in Oldenburg et Delmenhorst. Testamur, quod ad tractationem societatis adversus Suecum, communem iam hostem, cum Serenissimi Principis Domini Sigismundi Augusti, Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogithiaeque Domini et Haeredis, fratris et affinis nostri charissimi, Stetinum Pomeraniae, iam ad diem Divi Mathaei Apostoli proximum, ad eam rem deputatis venturisque Commissariis, Generosis et Nobilibus, nobis in primis dilectis Dominis, Francisco Russoczki, Castellano Naklensi, Gabrieli Grabowiczki,

tribuno Lomnsensi et Mlavensi Praefecto, nec non Michaelae Brunnow, Secretario, Generosos itidem et Nobiles Consiliarios nostros, Georgium a Lucke in Offuergardt, Equitem, et Casparum Paselick in Liddow, Licentiatum, nostros Ambasiatores, Commissarios et Oratores speciales fecimus, constituimus et ordinavimus, facimus, constituimus et ordinamus per praesentes, dantes et concedentes illis et singulis plenam potestatem et mandatum speciale de memorato negotio societatis cum nominatis Regis Poloniae etc. Commissariis tractandi, deque illis consultandi, paciscendi, concordandi, concludendi et confirmandi, et generaliter omnia et singula faciendi, quae in re ista necessaria erunt vel etiam opportuna, promittentes in verbo regio ratum, gratum et firmum habituros, quicquid per dictos nostros Commissarios et Oratores, utrinque vel singulos, in praedicto negotio societatis adversus Suecos actum, factum, tractatum, conventum firmatumve aut quomodolibet gestum fuerit, plane ac si ipsimet in propria persona egissemus, conclusissemus,²⁾ fecissemus. Quod si expressiore explicitioreve mandato, quam hisce continetur, indigebunt, id quoque meliorem modo et forma illis damus et conferimus. E castro nostro Elsburg, sub sigillo Regio, quinto mensis Septembris, anno post Millesimum Quingentesimum Sexagesimo Tertio. Friderich.

Nos supra scripti Commissarii sanctissime quoque spondemus et bona ac optima fide promittimus Serenissimas Utrasque Regias Maiestates, Dominos nostros clementissimos, literis suis authenticis omnia haec ratificaturas, confirmaturas et approbaturas ac sigillis Regnorum suorum munituras et obsignaturas, manibusque suis propriis Regiis subscripturas esse. Hoc etiam adiecto et specialiter expresso, quod cum eiusmodi literae ab illarum Serenissimis Regiis Maiestatibus fuerint hoc pacto confirmatae et approbatae, tunc debent eiusmodi literae Anclam, oppidum in Pomerania, per fide dignas personas utrinque ad diem Trium Regum proxime venturum mitti, ibique alter ab altero acceptas et redditas literas domum ad suos Reges revertens debet reportare et referre. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium nos, praefati Commissarii, literas hasce nostras propriis sigillis munivimus et obsignavimus, tum et manibus nostris subscripsimus. Datum Stetinii, die quinto mensis Octobris anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio.

Franciscus Russoczki Castellanus
Naklensis, Sacrae Poloniae Regiae
Maiestatis consiliarius manu propria

Gabriel Grabowiczki Tribunus
Lomnsensis et Sacrae Regiae Poloniae
Maiestatis Secretarius, Mlavensis
Capitaneus, propria subscripsit manu

Michael Brunnow de Quassow Serenissimae Regiae Poloniae Maies-

tatis Secretarius manu propria subscripsit.

Georgius Lucke de Offuergardt
Eques auratus, Serenissimae Regiae
Maiestatis et Regni Daniae
consiliarius manu propria

Caspar Paselick de Liddow Secretarius,
Regiae Daniae et Norvegiae
Maiestatis consiliarius manu propria

In dorso alius exemplaris, quod partim textum N. 76, partim N. 88 in fragmentis continet, manu Paselick: G. Uf diese notul haben wir eine

ander abgeschrieben, und darin was in dieser gemangelt der instruction gemesz ersetzt.

- a) *hic verba expuncta*: Maiestatis, quem minime bello neque armis sed iuditio
b) *hoc verbum additum in margine*
c)-d) *hoc fragmentum repetitur in fasciculo Negotium Pernoviense (cfr. N. 195)*
d)-e) *hoc fragmentum repetitur etiam seorsim manu Caspari Paselick scriptum.*
*) *Iam editum in: Danmark-Norges Trakt. II, 1912, nr. 6 B.*

N. 89.

Bornholmii, 18 Octobris 1563.

*Ioannes Tęczyński
ad Fridericum II Daniae regem
liberationem suam implorat.*

(Orig., autogr. sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra ac Serenissima Regia Magestas,²⁾ Domine Domine mihi clementissime.

Comendata²⁾ mea addictissima eademque perenni servitiorum meorum in gratiam Sacrae Magestatis Vestrae promptitudine.

Ut eandem Sacram Maiestatem Vestram Deus Omnipotens paer²⁾ diu foelicem ac incolumem et contra hostes Magestatis Vestrae victorem faciat, illud Maiestati Vestrae toto pectore impraecor.²⁾

Non dubium est, quin iam pridem ad aures Serenissimae Maiestatis Vestrae perlatum sit nos, una cum comitatu nostro, a Magnifico Domino Admiralio et aliis classis Serenissimae Maiestatis Vestrae ad Gotlandiam insulam in statione et custodia existentibus praefectis esse retentos, ob eam potissimum causam, quod a Serenissima Maiestate Vestra literas salvi conductus non obtinuisssem, cum id mihi ipsi insperato contigisset. Sed cum periculum et infoelix casus Illustrissimi Ducis Finlandiae, quem pro certo iam captum et in Stokholmiam advectum, una cum Serenissima Coniuge sua et Sorore Serenissimi Domini Domini Principis mei, Regis Poloniae, Gedani nunciaretur, ex re coactus sum aliud petere consilium et mutare institutam profectionem meam, ac certo sciens Serenissimam Maiestatem Vestram esse Serenissimi Regis mei confoederatum et amicum Principem, Ducem quoque Finlandiae sub eadem confoederationis formula vel liga contineri, eo ad classem Maiestatis Vestrae tanquam ad mutuos amicos et belli et pacis socios me contuli, sperans, posteaquam darem certa testimonia profectionis mee²⁾ et literas passus Serenissimi Regis mei et instructionis copias ostenderem, me posse sine negotio istinc expediri.

Quod vero hactenus plus quam unius mensis spacio hic detinear, in tam gravi et urgenti negotio, in Comiciis publicis a Regia Maiestate, Senatu ac reliquis ordinibus Regni Poloniae mihi commisso, non sine magna animi et acerba perturbatione id mecum fieri agnosco, nam praeter celi²⁾ et maris intemperiem, qua comitatus ille meus insuetus alioqui illius aeris, vehementer atritus²⁾ et consternatus est; maxima praemimur²⁾ rerum penuria et vitae discrimen tocies adii.

Petendam itaque maximopere Serenissimam Maiestatem Vestram, Dominum mihi clementissimum, statui velit pro pietate Christiano Principe digna et pro iure initi foederis ac amicitiae cum Serenissimo Rege meo, me pati illud negotium mihi iniunctum et commissum exequi ac libere et quam celerime^{z)} cum ea, qua potest fieri, benigniore tuicione et provisione eo proficisci. Sin minus, saltem ut ad conspectum Serenissimae Maiestatis Vestrae quam cellerime^{z)} migrare hinc mihi liceat, ne diu eius tot incomodis,^{z)} molestiis ac periculis afflictus enecer et prope periculum vitae adeam, faciet Serenissima Maiestas Vestra rem pietate sua Regia insignem, a me vero perpetuis serviciis meis et omni genere officiorum quam studiosissime referendam.

Cuius me clemenciae ac benignitati humilime^{z)} et obnixè comendo.^{z)}
Datae ex classe ad Bernholmium, die 18 Octobris Anno 1563.

Eiusdem Sacrae ac Serenissimae Maiestatis Vestrae
Servitor addictissimus
Ioannes Comes in Tencin Palatinus Belzensis
Capitaneus Lublinensis
manu propria.

In margine supra: Captivitatem Comitis a Tenzin concernentia, mense Septembris 1563.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Domino Friderico Secundo, Dei gracia Danorum, Norvegiorum, Gottorum Vandalorumque Regi, etc.

Alia manu: Productae Helmstade 11 Novembris anno 63.

z) Sic in ms.

N. 90.

Varsaviae, 27 Decembris 1563.

*Aliqui senatores Poloni
ad Fridericum II regem Daniae
pro Ioanne Tęczyński capto intercedunt.*

(Orig., 8 annullis obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissima Regia Maiestas et Domine Domine clementissime.
Commendamus studia et obsequia nostra Serenissimae Maiestati Vestrae.

Etsi non dubitamus Serenissimam Maiestatem Vestram Illustri et Magnifico Domino Ioanni Comiti in Tenczin, Palatino Belzensi et Lublinensi ac Urzędowiensi Capitaneo, eam gratiam facturam atque exhibituram esse, quam a se postulari Serenissima Maiestas Vestra, tum per literas tum per internuncios Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, intelliget; praesertim quod in literis Serenissimae Maiestatis Vestrae ad Serenissimum Regem nostrum, quae nuper in Senatu nostro lectae fuerunt, appositum fuisse meminimus Serenissimam Maiestatem Vestram, quaecunque Serenissimum hunc Regem nostrum pro Magnifico Domino Comite velle intellexerit, ea omnia libentissime factu-

ram esse. Tamen officii quoque nostri existimavimus dignitati et necessitati collegae huius nostri non deesse, casumque et eventum hunc eius Serenissimae Maiestati Vestrae, quantum maxime possemus, commendare. Quamobrem sicut a Serenissimo hoc Rege nostro omni studio et diligentia pro ipso contendimus, tum omnes publice tum privatim amici et necessarii ipsius, ut Sacra Maiestas eius auctoritatem omnem suam interponeret ad eum liberandum, qui in itinere, nulla mala causa suscepto, a praefecto classis Serenitatis Vestrae interceptus esset, quique adeo maioribus eiusmodi procreatus sit, quorum non solum imaginum, sed etiam rerum gestarum memoria vetus in hoc regno et praeclara existit, et qui denique multis iam in rebus in hac adolescentia sua specimen ostendit se domesticarum laudum suarum aemulum diligentem ac imitatore fore; ita nunc quoque ab ipsa Serenissima Maiestate Vestra petimus et quaesumus, ut eum primo quoque tempore liberum esse iubeat, et quocunque velit, cum suis comitatusque sui rebus universis abire permittat. Cum enim omnibus civibus Reipublicae nostrae omne officium deberi a nobis existimemus, tum eorum maxime dignitatis fautores esse debemus, quos nobis tum reipublicae charitas et commune nobilitatis genus, tum etiam communis cum ipsis Senatorius ordo commendavit. Res enim propemodum nostra ipsorum agi videtur, cum eius agitur, qui eodem nobiscum Senatorio ordine censetur ac continetur, ita sane, ut quicquid istic in eum Serenissima Maiestas Vestra gratiae ac benevolentiae regiae contulerit, id nos nobis ipsis ac nomini ordinique nostro tributum esse a Serenissima Maiestate Vestra existimaturi omnibusque officiis ac obsequiis nostris relaturi simus. Erit ea res cum aequa ipsa per se et Serenissima Maiestate Vestra dignissima, tum pactis quoque inter Poloniae et Daniae regna veteribus, ipsique adeo societati cum Serenissimo Rege nostro initae recens ac constitutae, quam maxime consentanea. Commendamus iterum atque iterum studia et obsequia nostra Serenissimae Maiestati Vestrae, cui omnem prosperitatem ex animo precamur. Datum Varshoviae, die XXVII Decembris Anno Domini MDLXIII.

a) Vestrae Sacrae et Serenissimae Maiestatis
 Studiosissimi Servitores
 Iacobus Archiepiscopus Gneznensis et Primas^{b)}
 Philippus Episcopus Cracoviensis^{c)}
 Albertus Episcopus Chelmnensis^{d)}
 Martinus a Sborow Castelanus Krakowyensis^{e)}
 Spitek Jordan de Zakliczyn Palatinus Cracoviensis^{e)}
 Janussius a Kosczyelec Palatinus Siradiensis, Maioris Poloniae
 Capitaneus Generalis^{e)}
 Ioannes a Dambrovicz Palatinus Lublinensis, Regni Poloniae
 Supremus Marsalcus^{e)}
 Petrus Miskowski Regni Poloniae Vicecancellarius.^{e)}

In dorso: Serenissimo Principi et Domino Domino Friderico Secundo, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Vandalorum et Gottorum Regi etc.

Alia manu: Productae Gettser^{f)} 21 Februarii Anno 64.

a)-b) *M.p. Iacobi [Uchański]*

e) *m.p.*

c) *m.p. Philippi [Padniewski]*

f) *lectio incerta.*

d) *aut Culmensis (Chelmnensis): Alberti Strzałkowski, aut Chelmnensis: Alberti Starożrebski.*

Hafniae, 27 Decembris 1563.

*Aliqui nobiles Poloni cum Ioanne Tęczyński capti
ad [Fridericum II] regem Daniae
Ioanne Tęczyński mortuo, propriam liberationem implorant.*

(Orig., 4 annullis obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Postquam nos, Ioannes Comes in Tenczin, Capitaneus Rohatiniensis, cum Illustri ac Magnifico Domino Ioanne Comite in Tenczin, Palatino Bel-sensi, Lublinensi, Urzendoviensi etc. Capitaneo, Domino et consobri-no nostro charissimo, ab Admiratio Sacrae Maiestatis Daniae etc. in naviga-tione Suetica deprehensi, huc Hafniam adducti ibidemque hactenus detenti essemus, memoratusque Dominus Comes diem iam extremum obiisset, nos vero Sacram Regiam Maiestatem suppliciter dimissionis nostrae no-mine interpellassemus eandemque, summa Suae Maiestatis clementia inque gratiam Serenissimi Poloniae Regis, Domini nostri clementissimi. impe-trassemus, fatemur Sacrae Maistati Regiae Daniae fide data nos obstrin-xisse, sicut et his literis fidem damus et obstringimus, nihil toto hoc contra Suecos durante bello, sive Danico sive Polonico, quicquam cum Suecis eorumque sociis aut addictis acturos, habituros permissurosque, quod vergat in aliquod detrimentum vel indignitatem Serenissimi Regis Daniae. Deinde eam quam memoravimus depraehensionem, adductionem detentionemque nullius iniuriae, sicuti revera etiam nulla fuit nec esse potuit, loco reputaturos; multo minus istis de causis quicquam adversus Sacram Regiam Maiestatem Danicam eiusdemque Regna, ditiones, populos, servitores, socios vel addictos, vindictae aut ultionis nomine, aliave occa-sione, inimice per nos ipsos vel per indirectum unquam, dum vivemus, deliberaturos, praesumpturos facturosque, iudicialiter, extraiudicialiter vel modo quovis, sed expertae Regiae clementiae memores, in honorem et obsequium Regiae Maiestatis Daniae pro virili studium potius gratitudi-nemque declaraturos. Idemque amici et ministri nostri infrascripti, qui iam nobiscum sunt, ut praesentent, curaturos, sub verbo veritatis fideque integra. Cuius in rei testimonium hisce subscripsimus sigillumque impressimus. Actum Hafniae XXVII Decembris Anno Domini MDLXIII.

Idem qui supra Ioannes Comes in Thenczin, Capitaneus Rohatinensis
manu propria

Nicolaus Tarlo in arce Liaszki heres, signifer noster Premisliensis
manu propria

Cristophorus Vlodzislawski de Brzezic manu propria

Erasmus Czurilo de Vignanowicze manu propria

Alexander Drohiczansky de Drohiczany manu propria

Felix Czersky de Czersk et Rhozycze manu propria

Ioannes Przypkowsky de Przypkowycze manu propria

Ioannes Mloszowsky de Mloszowa manu propria

Stanislaus Cerny manu propria

Erasmus Otwinowski manu propria
Maczey Lowyenyeczky
Nicolaus Osmolsky manu propria
Ioannes Sztreszkowszky manu propria
Casper Brzozowsky manu propria
Martinus Swyerczowsky manu propria
Jacub Spoth manu propria

N. 92.

Stockholmiae, 10 Iunii 1564.

*Ericus XIV rex Sueciae
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
quosdam ablegatos suos commendat.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ericus Decimus Quartus, divina favente clementia Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rex, Serenissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, etc.

Serenissime Princeps, misimus in certis quibusdam negotiis ad Vestram Serenitatem praesentium exhibitores, fideles nostros nobisque dilectos, Generosum et Magnificum Dominum Petrum, Comitem in Wisingborch, Baronem in Ribbehalm, nobis a secretioribus consiliis, una cum Olao Laurentii et Henrico Ioanningk, Secretariis. Quare petimus a Serenitate Vestra, ut omnibus in rebus, quas illi nostro nomine Serenitati Vestrae perferent, plenam iis fidem habeat. Id nos simili studio et amicitia erga Vestram Serenitatem recompensabimus, eandem diu rectissime valere exoptantes. Datae in arce nostra Stockholmia, decima die Iunii, anno MDLXIII.

In dorso: Literae fidei a Rege Sueciae legatis suis datae.

N. 93.

Cnissini, 10 Septembris 1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Erico XIV regi Sueciae
ad epistolam respondet.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, etc.
Serenissimo Principi Domino Erico XIII, Regi Suecorum, Gothorum Van-

dalorumque, Fratri et Consanguineo nostro, salutem et verae felicitatis incrementum.

Quae ad nos Generosus et Magnificus Petrus Comes in Wisnighorch, Baro in Ribbehalm, Consiliarius, una cum Olao Laurenti et Henrico Ioanningk, Secretariis Serenitatis Vestrae, attulerint, intelleximus. Ad quorum legationem quoniam a nobis satis responsum est, ex hoc responso nostro Serenitas Vestra mentem voluntatemque nostram cognoscat. Et cum his Serenitatem Vestram multos in annos valere volumus. Datum Kniszini, die X Septembris anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.

In dorso: Literae Regiae Maiestatis Poloniae ad literas Regis Sueciae.

Hic incipit series documentorum, quae "archivum Ioannis Tęczyński" appellantur.

N. 94.

Lublina, 21 Aprilis 1561.

*Ioannes Tęczyński
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
de legatione, quam Ericus XIV rex Sueciae et Ioannes dux Finlandiae
ad [Stanislaum] Tęczyński miserunt, matrimonium inter ducem Finlandiae et Catharinam Iagellonicam proponentes, sed Stanislao iam mortuo filio negotium commiserunt.*

(Orig.) autogr.)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Nailasznieissi A Milosziwy krolu Panie Panie mnie Milosziwy. Zaliecziwssi swe wierne a poddane slusby w Milosziwą laskę Vaszey Krolewskiej Mosczi.

Tak rozumiem, ze iusz nie iesth rzecz taina Vaszey Krolewskiej Mosczi memu Milosziwemu panu, isz krol Iego Mosczi Sweczki poslal posla swego wespolek s kiazeczkiem Finlanczkim brathem swem do nieboszczika pana oycza mego, wiernego poddanego y sluzebnika Vaszey Krolewskiej Mosczi, o ktorich, skoro mi sznacz dano, poslalem ku Iego Mosczi Kxiedzu Biskupowi Crakowskiemu prossacz aby tho Vaszey Krolewskiej Mosczi memu Milosziwemu Panu oznaimil y k themum Iego Mosczi prossil o radę iakobich się miał przeciw iemu zachowacz. A isz tak się Iego Mosczi sdalo, abim go w dom Vaszey Krolewskiej Mosczi przyawssi dowiedzial się s czem by ku nieboszczikowy panu oyczu memu bil by poslan. Kthory przyechawssi oddal mi listhi naprzod od Iego Krolewskiej Mosczi krola Sweczkiego na kthorich tak ku panu oyczu memu iako ku mnie Krol Iego Mosczi pissacz raczi, wzzywacz nasz ku Coronatii swey kthora na 18 May przypada. A k themu prossacz, aby komornikowy Iego Krolewskiej Mosczi pan ocziecz moy przistep s listhy ku Vaszey Krolewskiej Mosczi memu Milosziwemu panu siednal.

Po tych listow oddaniu powiedzial, ze nieczo w poruczeniu miał od pana swego kiazęczia Findlanczkiego s panem oyczem mem sprawowacz.

Alie isz iusz pana oycza mego ziwem nie zastal za thom credensem, kthori ia Vaszey Krolewskiej Mosczi memu Milosziwemu panu possilam, mnie iako sinowy iego tho, czo w poruczeniu miał od pana swego, opowiedzial.

Naprzod opowiedal, iako Krol Gustaus ocziecz pana iego tho napilniey sinom swem na testamentie poruczal aby per omnes occasiones tego sukaly, iako by sobie iednali laskę Vaszey Krolewskiej Mosczi y o tho się staraly aby mogli spowinowaczenie miecz krewne s Vaszą Krolewską Mosczią.

A isz brath pana iego Electus Rex Suetiae ma poyącz Krolewā Angelską, Kxiązę Finlanczkie pan iego roskazal mu o tho prossicz niebosczika pana oycza mego y mnie, abismi się u Vaszey Krolewskiej Mosczi wiwiedzieli iesliby Kxiązę Iego Mosczi przes posli swe, kthore by ku Vaszey Krolewskiej Mosczi poslal, o tho się staracz y k themu prziszcz mogli, aby za laską Vaszey Krolewskiej Mosczi bila mu za malzonkę dana krolewna Iey Mosczi Catharzina siostra Vaszey Krolewskiej Mosczi. A w them, wiwiedziawssi się woly Vaszey Krolewskiej Mosczi, abismi go przesthrzegli iesly by Kxiązę Iego Mosczi bezpieczen mogli bicz laski Vaszey Krolewskiej Mosczi, a tho przes bratha swego krola sweczkiego y posli swe u Vaszey Krolewskiej Mosczi otrzhimacz, do czego y niekthore conditię proponowal kthore ia Vaszey Krolewskiej Mosczi swemu Miloscziwemu panu spissawssi possilam. Czo gdım wirozumial, aczem baczil mlode liata swe alie duffayącz panu Bogu, ze mie wspomocz miał ziczancz sobie tego, abim sthąnd miał przistęp ku lascze Vaszey Krolewskiej Mosczi bendącz wiernim poddanim y sluzebnikami Vaszey Krolewskiej Mosczi mego Miloscziwego pana, sznaiącz tesz tak Miloscziwą laskę Vaszey Krolewskiej Mosczi, kthorą Vasza Krolewska Mosczi s dobroczy naturi swey nie tilko oyczu memu ^{a)} alie thes y mnie ^{b)} pokazacz y daley pokaziwacz Vasza Krolewska Mosczi raczis, nasladuyącz w them przodkow domu swego, wiernich slug y poddanich Vaszey Krolewskiej Mosczi, kthorzi po panu Bodze nicz sobie na swiecie nie obierali iako wiernie sluzicz swięthemu narodowy. Vasza Krolewska Mosczi, bezs wssego omieskania tego przy sobie posla zadzierzawssi, wiprawila tego komornika krola sweczkiego s Bartel Puschem poddanim Vaszey Krolewskiej Mosczi, aby the listhi kthore ma ku Vaszey Krolewskiej Mosczi oddal a przezen abich bil sprawion, iako bim wedle woley a roskazania Vaszey Krolewskiej Mosczi thego posla do pana iego odprawicz miał.

Pothem, gdım iusz the listhi ku Vaszey Krolewskiej Mosczi memu Miloscziwemu panu wiprawowal, mowil sze mną possel okolo nieiakich tractatow miedzi panem swem a Mistrzem Inflandczkim, kthore bi bili mieli za wiedenim Vaszey Krolewskiej Mosczi miedzi sobą wsczącz, w czem zem rozumial zeby niemalo moglo Vaszey Krolewskiej Mosczi nalezicz a ia izem nieswiadom thamtego kraiu ani thamthech zamkow, prossilem posla aby tho swą ręką napissawsi mnie oddal, kthorą po niemieczku iakom od niego wziął przy they pierwssey Vaszey Krolewskiej Mosczi memu Miloscziwemu panu possilam.

S them sluszy swe wierne y poddane w Miloscziwą laskę Vaszej Krolewskiej Mosczi mego Miloscziwego pana pokornie zalieczam. Datum w Lublinie 21 Aprilis Anno Domini M.D.LXI.

Vassey krolewskiej Mosczi
mego Miloscziwego pana

Wierni Poddani
y sluga
Ian Tenczinsky

a)-b) *In margine.*

*) *Iam editum: Handl. r. Sverig., p. 19-20, ubi aliqua verba minus recte lecta videntur.*

Vilnae, 30 Aprilis 1561.

*Bartholomaeus Pusch, civis Cracoviensis
ad Paulum Chmielowski archidiaconum Lublinensem
rogat, ut episcopum suum inclinet ad causam regis Sueciae [Erici XIV]
et Ioannis ducis Finlandiae regi [Sigismundo Augusto] commen-
dandam.*

(Orig., annulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Generose Domine Chmeloviae,²⁾ propter Deum te oro ac obtestor, ne Reverendissimum petere ac sedulo monere desistas, quo Sua Amplitudo negotium Illustrissimorum Suecorum Principum clementer apud Sacram Regiam Maiestatem promovere et salutari consilio flectere dignetur, ut optimis Principibus bonum responsum adferre possimus. Quo in negotio perficiendo scio Reverendissimum satis potentem esse consilio et authoritate, quum alioquin aeternus Deus in negotiis eiusmodi honestis semper soleat divinam suam largire²⁾ gratiam. Hic poteris meo nomine Reverendissimo sancte polliceri ac referre Illustres Suecorum Principes gratitudinem suam adeo declaraturos proposuisse erga Reverendissimum et omnes alios, qui operam praestiterint, quum muneribus ac donis dignissimis ac praestantissimis, tum omnium officiorum genere ac observantia in omnem posteritatem. Neque patiatur a quopiam Reverendissimus persuaderi eos imbuisse vel Brunsvicorum vel aliorum Germaniae Principum mores, verum esse quasi divina ingenia, ac si vivo Reverendissimus brevi re ipsa experietur ac vivis oculis contemplabitur quae retuli; ubi Sua Celsitudo Princeps Finlandiae ipse advenerit, certo statuatur Reverendissimus eum eiusmodi initurum consilia, amicitiam atque observantiam cum Serenissimo Rege nostro, quae ad perpetuum commodum huius et istius Regni spectare videbitur, ac Reverendissimus merito gloriari poterit ac magnum inde nomen apud omnes Regni proceres obtinere, quod bonos ac optimos Principes Suae Maiestati commendarit. Reliqua tuae prudentiae committo ac peto, haec omnia ut certa ac vera Reverendissimo referre velis.

30 Aprilis anno 61. Wilnae.

Dominationis Tuae
deditissimus
Bartholomeus Pusch civis Cracoviensis

In dorso: Reverendo ac Nobili Domino Paulo Chmelovio Archidiacono Lublinensi, Domino ac amico meo charissimo.

²⁾ Sic in ms.

[Stockholmiae] 22 Iunii 1561.

*Ignotus**ad usum officii*

de rebus Sueciae, i.a. de multoties remissa coronatione regis [Erici XIV], de commercio maritimo Lubecae aliarumque civitatum, de bello contra Polonos a Moschis parato, de navigatione Narvica deque Narvae incendio, de regis proposito itinere in Angliam etc. (Exemplar)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Nowini z Szweczye. Dnia 22
Iunii Anno 61

Poslow sam szadnich ynnich ieszcze niemasz. Iedno xziąszęczia pruskiego, xziąszęczia pomorskiego, xziąszę Magnus sam ossobą swą, sin xziąszęczia Francziska z Laumberku, margrabiego z Baden, a groffow Wolhartha z Mansfelthu. Tudziesz poslowie od miast: Lubek, Rostok y Sunth, wszistkiem tim staczie dawaią.

Coronacią odkladano od jedney niedzielle do drugiey, czo za przyczina wiedziez nikt nie mosze. Podobno dla tego sze się węczey Panow spodzewano, ktorich węczey nie przyachalo. A wszagsze powladią sze poslowie Angielsczy y Duncszy do Upsal przyachaly, ieslisze prawda, tesz tego szaden wiedziez nie mosze, albo tesz isz się ieden lepsie chczial wiprawicz anisz drugi, dla tego tedi ssię omięszkalo.

Krol by temu barzo mogl wdzięczen bicz, isze by Krol Dunsy sam niekogo nie poslal. Powiedzial to slichczicz ieden, isze by Krolia w tim sprawiono, sze bi ssię Poslowie Krola Dunskiego sam taiemnie zachowiwały.

Krol, wespolek swemy trzemi Brathy y z xziąszęcziem mlodem Magnussem z Laumberku, y z drugiem Pany, 18 Datey tegoz Miessiącza, na niektorich Galieiach y na ynnich Okręthach stąth do Upsal barzo osdobnie odiachaly, tam gdzie Coronacia ma bicz, z wszeliakimi rozmaitemy Proporciami, z Bemby, z Piszczky y z Strzelbą, przytim poslom wszistkiem opowiedano, aby tesz tam iachaly. Isze się zaprawdę ynaczey nie spodzewano, iedno iako bi ssię to dzissia mialo stacz a wszagsze hnych odwolano. A iako dzissia tedy przez Heroltha ma bicz zassię wiwolano, isz coronacia na dzien S. Piotra y Pawla ma bicz. Panie Bosze day abi ssię to stalo.

Zadnich Miast Poslom nie dopuszczono przed Krola Iego Mosczech przidz, iedno Czudzosiemczom. Isze oni ingdiey ku wisluchaniu przisz niemogly, asz raz sobą pospolu bily y za dobre się iem widzialo. Isze by przed Coronacią iusz nie poczynaly, iedno po Coronaciey. A tak liedwie y za Miessącz stamtąth będą mogly ieszcze odiachacz.

O tim tu dawno slichacz bilo, sze się poth Szweczkiego Krolia Refel poddal, a tesz tam w tim czassie okręthow niemalo z ludzmy woienney odeslano. Tesz o tim slichacz sze Kroliewsky starszy Brath Ianusch xziąsze finlanthskie, ktory w Anglię bil, czisty porządy a

sprawny Pan iest, a skoro po Coronaciey, tedi ssię tesz ku Ifflantom ma wolią udacz. Bo Iego księsthwo z Ifflanthy 9 Mil blisku przez wodę graniczy. A Okręthy na ktorich tam ma iachacz iusz nagothowano.

Tesz tu o tim mowa bila isze Galiey Krola Szweczkiego z Okrethy tich z Lubka, ktore do Narwy chcieli biesiecz, wespolek się ziachaly, ktorzy sobie szkodę niemalą poczynily, wiele ludzy postrzelialy. A tesz naywięthszy Okręth tich z Lubka y Galieia iedna uthonącz miely. A wszagsze Szwedowie gorę otrzymaly y sbithne Okręthy pobraly, y na tę stronę przewiesly. Powiadaia, szeby to prawdziwe Nowini bicz miely. A wszagsze Iako wczorayszego Dnia tedy 2 albo 3 Okrethy z Narwy do Viborchu przibiegly, na ktorich między tim ludem Mieszczanin ieden bil z Viborchu, ktorzy się s powiesczą barzo zgadzaly, tak szeby se wszisthkiego nie miało nicz bicz, alie owszem z obu stron, tak tich z Lubka iako tich z Hamburku Okręthy barzo dobrze do Narwy przibiegly. Tho iest Pięcz Okręthow tich z Hamburku pelne solią nalozone. A Siedm Okrętow tich z Lubka z wszeliakiami thowarmi nalozone. A tesz powiadaia, szeby 5 Okręthow tich z Lubka przez wszistke zime tam mieli lieszcz, ktore tey Wiozni ze wszeliakiami thowarmi stamtąth się russily. Tesz tu powiadały, isz Moskiewsky barzo się dziwnie stroino y moznie stroy a isz sliży, isz się Iego Krolewska Mosciz tesz moznie^{a)} przeciw iemu^{b)} stroy albo gotuie, tedy on iednak Krola Iego Mosczi w tim zgardza, liekcze waszy a sobie za nicz niema. Tesz o tim slichacz, sze się czy z Lubku Moskiewskiemu barzo radzy zachowuią a tesz iem tam wolno okrom wszeliakiego przeganabania i zahamowania iachacz^{a)} do Moskwy.^{b)} Bo oni Moskwie wszeliakie potrzeby woienne przywozily.

Thak Rok Moskwie Sarky barzo nie dostawalo, a wszagsze czy z Lubka hneth iem zarazem wszeliakie potrzeby prziwiesly. A przez iednego czlowieka z Lubka tedy oni 0.12 lastow Sarky dostaly czego się Panie Bosze pozal. Bo o tim mowia, isze by Szweczky Krol z Moskiewskiem porozumienie nieiakie miedzy sobą miecz miely, acz nicz grąthownego, alie się iednak tak bicz z wiele prziczin spodziewaią. Bo Szwedowie do Narwy y do Viborchu często Okręthy wisilaią. A wieczor przed Swięthky Posly swe do Moskiewskiego odprawily, a wszagsze to barzo tajemnie u siebie trzimaią.

Tesz tu o tim wiele mowiono, isze by Krol skoro po Coronaciey do Angliey się mial udacz, tamsze wesselle uczinicz. Przed kielka Dniema Kroliewsky Legath, Imieniem Dionisius Geichanth, z Angliey prziachal, ktory tam o^{z)} trzy Liatha mięszkal, a isz tam o sobie wiele dzierzal a sobie wszistko hoinie poczinal, tedy tam pieniędzy niemalo strawil. A tak iako skoro iedno prziachal, tedi ssię wszistko zarazem zynaczilo y tak zato maią, isze s tego nicz nie będzie, acz to Krolowi Iego Mosczi za wielkie szczęszczie poczitaia. Abowiem iesliby ssię to bilo stalo, tedybi ssię wszistko mussialo bilo wipelnicz. O czim pissacz nie potrzeba.

A gdisz iednak Panowie Riczersczy tey ziemie na to prziswolicz nie chcieli, ani Iego Krolewskey Mosczi w tem radzily, abi ssię bil mial do Angliey udacz.

Krol Iego Mosciz dal urobicz korunę, Szeptum y Miecz, a wedlug testamentu nieboszczika krolia, tedy ziemię na trzy częsczy rosdzielil do Kxzięsthwa, s ktorich trzech częsczy kazdy ieden Brath Kroliewsky po iedny dzierzecz będą, a zaplatę od Iego Kroliewskicy Mosczi wziącz maią. Dziessiejszy Krol trzech Groffow uczinil, ktorzy na teraznieszą

Coronacją małą miecz pothszwierdzenie. A na ten czas tedy tesz czynicz będą Panerhery ^{c)} i Freyhery a tak iako się ieszcze k temu ma, tedy za prawdę w tey ziemi sposob ynszy Panowania nastanie, a niszly przed tim biwal. Bo to porządny Panowie Iako Krol Iego Moszcz a czy trzy Braczia Iego.

Dnia 7 Maia Ruska Narwa wszistka wigorzala, gdzie się w towarzecz szkoda niemala stala. Abowiem tuteczni Mieszczanie tam swoi sklad niemaly maia. A wszagsze powiadaia, Isze Szweczky Krol czokolwiek tam iego liudu bilo wszistkich stamtąth wziął. Tesz Niemczy stamtąth odczignęly; ieslisze prawda, wiedziecz nikt nie mosze.

Krol Iego Moszcz w swem Panowaniu barzo iest srogy na karanie wistempnem. Abowiem tego thigiednia tedy iech 14 dal straccicz, między ktoremy Burmistrzową Szone, którą na czudzolosthwie swoim Chłopczem, ktory miał 18 Lath, zastano. Tesz obu szcieto. Ieszcze iech 16 ossob siedzy s ktorich tesz kielka straczą.

Mieszczanie dla knechtow ktorich tu 800 liczy wielky uczлык czierpią ktorich oni u siebie na strawie chowacz muszą po 10, po 12 y po 15.

a)-b) *in margine*

c) *sic in ms. recte: Bannerherr*

z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in Handl. r. Sverig., p. 55-8, ubi aliqua verba minus recte lecta videntur.*

N. 97

Rigae, 26 Septembris 1561.

Ignotus

ad usum officii

refert instructiones, quas magister Livoniae Gotthardus Kettler Nicolao Christierson, Rigae die 26 Septembris 1561 dedit. Vult magister ut de occupatione arcium protestetur; ut conqueratur de legatis regis Suetiae [Erici XIV] in Livonia; ut damna illata resarciantur; ut concordia inter principes christianos promoveatur: ut rex Suetiae de benevolentia regis Poloniae [Sigismundi Augusti] certior fiat.

*(Versio polonica valde imperfecta) **

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Instructio y naznaczenie tego wszisthkiego czo ma bicz na Imię y dla Iego Xziąszęcey Moszczi Gotharda Mistrza Rzeszy Niemieckiey w Ifflanthciech mego Milosziwego Pana sprawiono, wissocze urodzonemu Panu Claussowi Chrysthierson wspolek z przidanem iemu Krolewskiem Poslem, przez urodzone Michaela Brünowen vicecancellario ²⁾ y Fabiana won²⁾ der Burk.

Opowiedziawszy przychilnosczy laskawe, tudziesz pozdrowienie sluszne mego Milosziwego Pana Mistrza, poslowie począc maia sprawowacz. Gdisz tedy Naiasnieiszi a Milosziwi Xziąszę Pan A Pan Gusthaff weilanth Krol Szweczky Swięthey pamięczy, prawie Krolewską prziaczielską a sąmsiedską przichilnoszczią przeciwiwo mego Milosziwego Pana przothkom zawszedi się zachowacz a offiarowacz dobrze raczil, sze tesz moy Milosziwy Pan od Iego Krolewskiey Moszczi Swięthey pamięczy, tudziesz

od Iego Kroliewskiej Mosczi Dziedziczow mlodich, od poczatku iako panowacz poczęły, asz do tego czassu y godzini ynaczey sie nie spodziewal, iedno bez wątpienia, wszeliakie Kroliewskie Chrzesczianskie a sąmsiedskie przichilnosczy a szicliwosczy. Tesz iakiem sposobem ony takowe obiczaie przeciww sobie y poddanem swem tim waszniesz a więtsze czinicz mogly o tho się z pilnosczią z chuczżą zawszedy staraly. Iakoz tho wszeliakie sposobi przyaczielskie y iech handlie ktore się stawali, swiaczicz y okazacz by musiely.

A gdybi ssię tho wszistko z dobrego mniemania, tudziesz na ono pierwsze przeszle zalieczanie bilo stalo, aby Iego Xziąszecey Mosczi bila dana przicina, iakoby o nich z uprzeimem wierzeniem a stalosczią miał bil obsilacz, szukacz i prossicz. Iakosz się iednak moy Miloscziwy Pan o tho staral, aby Iego Kroliewską Mosczi Swięthey pamięczy, tudziesz Iego Xziąszęcą Mosczi Pana a Pana Ericha krolia Szweckiego, tudziesz wszistkę koronę tim przichilnieszich bil uczinil, nierzkącz, aby iech w namnieszey rzeczy sobie naruszicz miał. Tesz by tho Iego Kroliewska Mosczi terazniesz y tudziesz y brath Pan Ian Xziąszę finlanthskie z sumnieniem przeth panem Bogiem ynaczey ingdziez swiaczicz nie mogly, ktoremu Iego Xziąszęcą Mosczi tho wszisthko poruczycz mussy.

Iakiem się tesz sposobem Iego Krolewska Mosczi przez Pana Claussa Christierson tudziesz przez drugie przidane Posly kroliewskie przeciwwko Iego Xziąszecej Mosczi tudziesz Krolia Iego Mosczi polskiego Poslom przyaczielskie a sąmsiedskie okazacz raczil, tho się iawnie przez posselsthwo przyslane okaze. A isz w tich rzeczach, opuszczaiącz iusz ynsze pierwsze, ony isz Poslowie byly na Imię Iego Krolewskiej Mosczi tego się podięly. Naprzoth sze poddane Iego Xziąszęczej Mosczi tegoz Miasta Rewliu y Ziemie Harrien y Wirlanth okrom szadnego przestrzeszenia odieli, ktore przestrzenie nie rzkącz u naz Chrzesczianinow, alie u Poganinow poczciwie a stalie biwa trzimane. Tesz hneth potem zamky Iego Xziąszęczej Mosczi nieprzyaczielskiem postempem sturmowaly, strzelialy, zburzily y zniszczily y wzily, gdzie takowe przesięwzięczie u klastora Padissu prawie dokonaly y ieszcze tim więczy u ynnich zamkow Iego Xziąszęczej Mosczi na potem to ieszcze [czy]nicz^a) umislily. Czemu się Iego Xziąszęcą Mosczi niepomalu dziwuie, nie wiedzącz z iakiey by przicini się to sthalo, nierzkącz aby tho przeth panem Bogiem, przeth Czessarzem Iego Mosczią Rzimskim y przeth Rzeszą swiętą, Krolia Iego Mosczi Dunskiego skąth takowe mieszcza dobrem prawem Iego Xziąszęczej Mosczi tudziesz naprzoth przothkom iego są prziniessione, y przeth ynnemi Chrzesczianskiemy Pani wielkimi y przeth wszystkiem swiathem odpowiedziecz mogly. A tak Iego Xziąszęcą Mosczi od takowego Miasta, zamkow, ziem y ludzy tudziesz od sprawiedliwosczy maiącz (ktora od dawnich liath, ktorim niemasz pamięczy, Przothkom y Iego Xziąszęczej Mosczi iako wiszey mianowano, iest sprawiedliwie prziniesiona) othstämpicz szadnem obiczaiem nie mosze, które zamky Iego Xziąszęczej Mosczi dobrze bi bil wiedzial z slusznemi działmi opatrzciz, by Iego Xziąszęczej Mosczi w tem czego nie zasluszil w wielu rzeczach nie bilo przekazono. A isze by tesz zdaniem iakiem powiedziecz chcziano, Szeby się Miastho Rewel y yny poddani Krolinowy Iego Mosczi poddacz miely, tedy oni tę mocz nie miely, ktorzy przothkiem panu Bogu a potem Panom swem za tho dziekowacz maią, ktorzy Miastha y ziemsthwo oyskawszy iem laskę okazaly a wolnoscziami iech obdarzaly, Iego Xziąszęcą Mosczi tho zamilczawaiącz, sze się Poddani kielkakroc przedtem daly sliszczech, nie chczącz nigdziey a na wieky bicz

Szwedzkim, tudziesz nie rzkącz Polskiem, abowiem ony na Paniech swich przestawaly z szczego kazdy obaczicz mosze, sze^{b)} od Szwedow mianowanem kstaltem wimuwieni bicz a pokoy miecz chcieli, k temu ony thy prawa nigdiew a na wieky ieszcze nie okaza, ktoremi bi ssię miely podniec, nie rzkącz aby kiedy miely nad takowe sprawy w umislu nieprzaciadzelskiem przeciwko swem spossobionem Panom mieczem się targnąć a iech iem obrazicz. A tak iesli szezy oni tak zapamietalie czynily z szczego ie pan Bog czassu slusznego sendzicz będzie wiedzial, a zwlaszcza isz pan Bog wszechmoczni niesprawiedliwicz gwalchow zawszedy się msczy. Abowiem Iego Xziąszeczca Mosciz tak o swoie iako y o wszistke ziemie dla obroni nie lituiąc przitem telko nakladu gardla, krwi, sziwota, albo maięthnosczy ale y u Rzeszy swięthey z pilnosczyą wielką się staral, za ktorem iego staraniem Od Czessarza Iego Mosczi Rzimskiego poczjęszliwe listhy przez Pana Cunthorowego z Pernaw pissarza Imieniem Bartholomeo Millies 19 Iulii z Rigy yem odeslane, a nad tho ony iednak, czo iest rzecz niesluchana, odpadly, a tak s tey prziczini iesth potrzeba drugiech dobrze opatrzicz.

Jakiem się tesz sposobem Krol Iego Mosciz Polski na pissanie Czessarza Iego Mosczi Rzimskiego tesz za ossobliwem powinnowatsthwem swem dla obroni offiarowacz y okazacz raczil, chcząc Miasta mianowane w obronę swą wziąć y daliej by tho okazal tho wszistko memu Miloscziwemu Panu y tey ubogiej ziemie ku dobremu iest tho nie taiemno. A z iaką tesz oni dzięki to przyęly, a z iaką się poczcziwosczyą przeciw temu okazaly, tesz to wszistkiemu swiathu iesth iawno. A isz iest to nie tylko tey ubogiej ziemi, ale ossobliwie y wszeliakiemu pospolitemu Chrzesciansthwu ku znaczney szkodzie zkazeniu y szelsziwosczy nabroyly.

A tho okazuie szalosliwe Mordersthwo, palenie, branie y oslawia ktora się od nieprzyaczielia w ziemi stala, k temu przelanie krwi, iedno nad drugie a thak przeciwko Rzeszy swięthey a Krolia Polskiego obronie przeschodzily y zatrzymaly.

Wszechmoczni a sprawiedliwy Bog czassu swego tho wszisthko sendzicz a od winnich rąk niewinne wibawicz bendzie wiedzial.

A wszagsze sie Iego Xziąszeczca Mosciz do²⁾ Poslow Szweczkich tego nie spodziewal, ktorzy się iednak, iako na Posly przinaliezy w tem Urzędzie bendącz, miely uczcziwą sprawiedliwosczyą chowacz, aby nie tilko ony o Iego Xziąszeczcy Mosczi tudziesz o ziemie a o ludziach pomisliacz.^{c)} A takowe handlie w posselsthwach swich w pomislenie swe bracz, nie rzkącz aby tho czinicz podięcz się miely.

Abowiem by się y tho Iego Krolewskiej Mosczi Panu Oiczu czassu onego gdi się poddani przeciwko Iego Krolewskiej Mosczi zburzili a odpadaly, nie podobalo bilo, kiedy by ie tesz przothkowie Iego Xziąszeczcy Mosczi albo kto ynni timsze sposobem bil przimowal.

Tesz tho Iego Xziąszeczca Mosciz wiedziecz pewnie raczy, gdyby Iego Krolewska Mosciz swięthey pamięczy ieszcze do tey godziny sziw byl, szeb takowich rzeczy wspominać nie potrzeba. A tesz by tho czassu onego przothkom Iego Xziąszeczcy Mosczi tudziesz wszistkicy ziemi szal bylo, aby ktory bicz miał, czo by tho Iego Krolewskiej Mosczi miał bil sziczicz, nie rzkącz abi ssię o namnieyego poddanego staracz kiedy mieli.

A wszagsze, isz thy pobrane Imienia od niektorich poddanich Iego Xziąszeczcy Mosczi są wzięthe tedy iednak tak Iego Xziąszeczca Mosciz gwalczicz, a iego od Miast, zamkow, od ziemie y o ludziach nieprzia-

czieskim postępkim oddalicz nie iesth do tego szadna przyczina, zwłaszcza isz się ty rzeczy niewiadomością a nie w bitnoscy Iego Xziaszczęczy Moszcz stalo a wszagsze się Iego Xziaszczęczy Moszcz tim Chrzesczianskie offiarowal, takowe odiethe Imienie przez zrzodek Restituciey, albo ynnem sposobem, czo się ticze Compensaciey dacz odloszicz komu czas tesz byl naznaczeni.

Alie tego wszistkiego nicz nie dbaiącz, oni iednak^{d)} Iego Xziaszczęczy Moszcz^{e)} przed tim czassem y ziemie y ludzie odiey. A isz Iego Xziaszczęczy Moszcz the^{f)} pieniądze, o ktore od Iego Krolewskiej Moszcz bil proszeni, odmowil^{g)} w tem tedy nie trzeba Iego Xziaszczęczy Moszcz miecz za zle, a zwłaszcza szeby Iego Xziaszczęczy Moszcz tudziesz y ziemiam węczechy obczieszliwe a nigdy pomoczne bicz przelozono, w czym sie Iego Xziaszczęczy Moszcz ludzom niezgodliwem chczial bil dacz sendzicz, ktory by mu za zle nie miely, y owszem za dobre, abowiem się Iego Xziaszczęczy Moszcz slusnie zawszedy offiarowal^{d)} y tesz się^{e)} zawszedy Chrzesczianskie a wiernie zachowacz chczial.

A gdiby Chrzesczianska rzecz slusna mieszcze znaliescz bila mogla tedi bi się Chrzescziansko a wiernie bilo sprawowano.

A isz tesz dlia obroni Krolia Iego Moszcz nie przenaidowano ani szukano, iednak tho Iego Xziaszczęczy Moszcz slusnie przestawacz nie mosze.

A gdisz tedy Krol Iego Moszcz Szwezky Czessarzowy Iego Moszcz Rzimskiemu tho wszisthko odmowil, a czosz iego tedy potrzeba bilo obwinowacz, albo dlia tego cwalczicz?²⁾

A czieysze by tesz obroni dotąth miał bil oczekiwacz, gdisz^{h)} od ziemie y od ludzi iego przed tem oddalicz podieley, gdzie temu dossicz uczinily, w czym nie wąthpy y w panu Bogu nadzieię ma, sze się pan Bog takowich rzeczy msczicz bendzie.

To tesz Iego Xziaszczęczy Moszcz Chrzesczianskie u siebie rozwazal iakieby znaczne szkody, podeyszcia,^{a)} szelsziwosczy pospolitemu Chrzesczianskthw z tego snadnie uroszcz mogli. Tak szeby bilo y drudzy wielczy Panowie Chrzescziansczy iako Krolowie Xziaszczęth y ynni Panowie z takowego przeliania krwi ieden się o drugiego mogli by pokuszicz, a tak by Iego Xziaszczęczy Moszcz nierad dnia tego doczekal abi ssię węczechy takowe zle^{c)} rzeczy stacz miely. Dliatego tedy Iego Xziaszczęczy Moszcz mianowane Posly swe odprawil, osnaymuiącz^{h)} ty handlie y rzeczy, ktore go niewinnie potkaly, aby ie iednak slusnie przelozil, a niewinnosz Iego Xziaszczęczy Moszcz zakazacz y oznaymicz. A iesli szeby ssię bilo spodziewano, przyczini iakiey przeciw Iego Xziaszczęczy Moszcz, iakosz iednak szadna Iego Xziaszczęczy Moszcz nie mosze bicz dowodzona, tedy to przecię przez ynne drogy tho znadnie moglo bicz porownano. A nie potrzeba bilo sobie czoz ossobliwego poczinacz, albo zachzcziez się lazni krwawyey, w ktorey z nieprziazcieliem pospolithem siedziem.

Abowiem chocz czy na ten czas nad Iego Xziaszczęczy Moszczą przez kilka czassow wedlia podobania woliey swey dossicz czinią y tim sie czieszą, tedy iednak ieszcze ten Bog sziwie, ktory wszeliakie kroliesthwa y moczy w swich rękach ma, tensze tesz czassu swego tho wszisthko zynaczicz mosze. A wszagsze iako tako tedi ssię Iego Xziaszczęczy Moszcz okolo Chrzesczianskiego porownania dobrze da opatrzicz, między kroliem Iego Moszczą polskim a Kroliem Iego Moszczą szwezkiem, tudziesz miedzy ynnemi wielkimi Pani ktorzi ssie Iego Xziaszczęczy Moszcz Miloszciwie w tem offiarowaly, y w tho wdaly, by tesz znadz na iech

wissokiech prawach czoszkolwiek opuszczic mieli aniszli by wszistko Chrzesciansthwo w więthsze szkody, trosky y zkazenie dla tego prziszc mieli. Iakosz takową szkodę y zkazenie rozumem czlowieczem ogarnącz nie mosze.

A gdisz tedy Krol Iego Moszcz Szweczky szadnego sąmsieda tam czierpiecz nie mogl, tilko mego Miloszcziwego Pana, tedi ssię Iego Krolewskiej Moszci dla Krolia Iego Moszci polskiego tesz nie trzeba bilo obawiacz ani by^{c)} tesz ieszcze trzeba, gdyby Krol Iego Moszcz Szweczky umislu a przessięwzięcziu przeciw memu Miloszcziwemu Panu przestawal. Abowiem iesli szeby moy Miloszcziwy Pan więczy ieszcze ziemię y ludzy miał utraczic albo w tem kraiu szeby nie miał bicz a zostacz usthawiczem sąmsiadem, w tem by tedy nie mogl winowacz Krolia Iego Moszci polskiego tylko Krolia Iego Moszcz Szweczkiego. A isz tho sama w sobie iesth prawda tedy tho pan Possel Szweczky posselsthwa znadnie obaczic mosze, ktore possel Krolia Iego Moszci polskiego do Krolia Iego Moszci Szweczkiego prziniosl na którą tesz wedlia czassu sluszną odpowiedz dostal. A wszągsze sie w tem kraiu od mego Miloszcziwego Pana nicz smiertelnego nie stalo, mnimaiącz szeby tho bardzo uczcziwie a korunie Szweczkiej ku ossobliwey poczcziwosczy a ossobliwemu przyjacielsthwu bicz miało, iakosz się moy Miloszcziwy Pan tego y ieszcze chcział spodziejacz a szeby ty przypadle rzeczy tesz ku dobremu koinczowy prziszc mogly.

Gdyby iedno Iego Xziąszęcza Moszcz daliey w tem czo iesth iego nie bil zakoinczoni, gdisz tedy z obiethniczamy a nowem groszeniem Iego Xziąszęczey Moszci zamek y powiat Sembursky periclitatur; tesz się o Miasta Pernaw, Wittenstein ciężkosczy wielkie czinicz pokussicz wolią maią, gdzie tesz wsthidu szadnego nie znaly do Miasta Riskiego wszelakie listhy possilacz. A tak moy Miloszcziwy Pan z rzeczami swemi takowe drogy znaliescz bendzie mussial, aby Iego Xziąszęcza Moszcz w tem kraiu daliey nie bil przenagaban, ieno inszy, ktorzy Iego Xziąszęczą Moszcz przitem ostawicz a zachowacz bendą wiedzeli.

A wszągsze temu zabiegaiącz, aby dla Iego Xziąszęczey Moszci Chrzescziansczy sąmsiedzy Panowie wielczy nie wdawali ssię w Nieprziaczielsthwo iakie, nie chcząc się tesz timi rzeczami do Czessarza Iego Moszci Rzimskiego, tudziesz do wszisthkich Chürfurstthow y Xziąszęth daliey doloszicz y skarczicz, poslal tedy Iego Xziąszęcza Moszcz hanc legationem do Pana Posla Kroliewskiego a to z tey prziczini, gdisz się Pan possel w tim dal znaczn gdzie y gleith y prezpiecznocz od Iego Xziąszęczey Moszci na to sządal, ktory gleith tesz wziął abi ssię z Iego Xziąszęczą Moszcią okolo tego, czo by ku dobremu sluszilo, mogl rozmuwicz. Iednak się Iego Xziąszęcza Moszcz tego slusnie nie spodziejwal, abi ssię on w rozmowie iawniey wyawicz miał, a wtem tedy gdzie się jusz wszistkiego dobrego spodziejano, tedy znowu Padis ostrzelicz y wziącz kazano.

A gdisz tedy czy, czo ieszcze na zamku bily, do mego Miloszcziwego Pana zkazaly sze Pan Possel Coronaciey od Iego Krolewskiej Moszci odpowiedz dalszą dostal dziwuiącz się wielcze temu, sze Iego Xziąszęcza Moszcz niekogo tam odprawicz a poslacz raczil, ktoryby sczerze Iego Krolewskiej Moszci przitem wszistko przesluchacz, a na tho swe rzeczy przeloszicz a sprawowacz mogl. Zatim tak Iego Xziąszęcza Moszcz Posly swe ku koinczowy odprawil, sządaiącz, aby iednak Iego Xziąszęcza Moszcz ty rzeczy oznaymil, rospowiedzial a odkazal, a gdzie by tesz bicz moglo ad Ratificationem z Posly ty rzeczy a handlie począcz a rozmowicz. A

dlia pewnoszi do koincza nieboiasliwą stałą a pewną rzecz uczinicz, gdzie thedy czy, czo ty handle tim xkstaltem poszly, odpowiedzialiby chcząc Iego Xziąszęcza Moscz we wszystkich handlioch thudziesz u wszystkich sąsiedzkich kroliw ktorzyby do tich ziemiach interesse miecz mimaly, tudziesz u Czessarza Iego Mosczy Rzimskiego w tich handliech dopomagacz aby sercze mego Pana, spokoine, poczcziwe, tudziesz przecziw Korunie Szweczkiey ku osobliwemu przyjacielsthwu bilo obaczone, a tesz by ssię tho z szkodą Iego Xziąszęczey Mosczy stacz mialo, czegobi ssię Iego Krolewska Moscz w ten sposob do Iego Xziąszęczey Mosczy spodziejacz mial. Dlia liepszego swiadesthwa wiary, Iego Xziąszęcza Moscz z wiadomosczią Instructia te pieczęcią swą zapiecentowacz roskazal. Dzialo się w Ridze dnia 26 Septembris Anno Domini 1561.

a) *Lectio incerta.*

b) *hic in ms. verbum illegibile expunctum.*

c) *hoc verbum in margine.*

d)-e) *verba superscripta.*

f)-g) *verba scripta in margine loco expunctorum, quae non leguntur.*

h) *sequitur verbum expunctum, quod non legitur.*

z) *sic in ms.*

*) *Cfr. Schirren, Quellen 8 (Archiv. N.F. VIII): versionem germanicam v. N. 1054, p. 139; versionem latinam v. Bienemann 5, 104.*

N. 98.

s.l., 10 Novembris 1561.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ioannem ducem Finlandiae
instructio pro Ioanne Tęczyński et Henrico de Dohna.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Instructio, Regiae Maiestatis nomine, Generosis Ioanni Comiti in Thenczin, Lublinensi et Urzendoviensi Capitaneo, ac Henrico libero Baroni de Donn, Legatis Regiae Maiestatis, ad Illustrem Dominum Ducem Finlandiae data, die X Novembris Anno Domini 1561.

Oratores nostri ad Illustrem Principem Dominum Ioannem, Ducem Finlandiae, principio Illustritati eius salutem nostro nomine precabuntur deferentque studium nostrum ad omnia officia, in quibuscunque nostram benevolentiam in Illustritatem eius declarare possimus. Deinde dicent:

Cum nobis cum Regia Maiestate Suedorum universaque illius domo vetus atque a maioribus nostris instituta amicitia intercedat, cumque eandem nos omnibus officiis non modo confirmandam, sed etiam amplificandam nobis semper statureremus, expectasse nos parem Serenitatis illius in eadem amicitia nostra tuenda voluntatem, eamque nos spem de Serenitate illius semper habuisse, ut existimaremus illam, Serenissimi olim parentis sui exemplo, ad eam veterem inter nos coniunctionem retinendam quam maximum studium allaturum fuisse.

De quo etsi non aliena ea expectatione nostra proxime ad nos per Magnificum Comitem in Thenczin, quem ad Serenitatem illius Legatum miseramus, significarit ostenderitque se eius maiorum suorum amicitiae nobiscum continuatae non modo conservandae, sed etiam novis officiis

augendae maxime studiosum fore, tamen ea, quae deinde consequuta sunt, eiusmodi fuerunt, ut non modo contra eam amicitiam, sed etiam adversus pacta foederaque communia gesta sint, scilicet quod Civitatem Revaliensem, in fide et clientella nostra positam, occuparit atque in ea praesidia nostra omni belli apparatu oppugnarit eieceritque. Arces deinde finitimas, quae praesidiis nostris tenerentur et quae sese ad fidem et potestatem nostram dedissent, partim ad defectionem sollicitarit, partim bello persequutus sit.

In quo etsi et amicitia nostra et ius foederum violatum sit, existimare tamen nos Serenitatem illius coniunctionis nostrae foederumque ratione diligentius apud se ponderata, id facturam esse, quod cum ea ratione coniunctum sit quodque ad eam in perpetuum conservandam et stabilendam pertineat. Inprimis autem de Illustri Domino Duce, ad quem ea ipsa amicitia nostra foederumque coniunctio pariter spectat, eam nos spem habere Illustritatem eius apud Serenissimum Dominum Regem, fratrem suum, adnixuram esse, ut eae res ita componantur, ne illis amicitiam coniunctionemque nostram dirimi, aut ad eiusmodi quicquam, quod ab ea alienum foret, decurri necessum²⁾ sit.

Dicent praeterea: Postquam Dei Optimi Maximi numine ita contigit, ut Principes Ordinesque universi Livoniae in afflicto hoc planeque everso multis cladibus provinciae suae statu, publico consensu, se provinciamque suam ad fidem et potestatem nostram contulerint, debere nos pro officio nostro statuimus, ut omnem curam, studium, diligentiam nostram in eius statu defendendo atque in armis hostilibus ab ea propulsandis omnibusque rebus ex usu et commodo illius constituendis collocemus.

Existimamus porro intelligere Illustrem Dominum Ducem, quam non minus pene Serenissimi Domini Regis Suecorum, fratris sui, intersit, ne ea provincia, quae velut arx multarum Christianarum³⁾ regionum semper habita est, in potestatem hostis illius veniat neve armis illius succumbat, cum quidem, si id contingat, intelligere Serenitas illius potest, quemadmodum eius provinciae opportunitatibus omnique, et marittima et terrestri copia, ad bellum sibi ditionibusque suis inferendum instructor futurus sit. Cum enim maioribus Serenitatis eius non alius pene hostis fuerit, cum quo perpetuas inimicitias pluraque aut graviora bella habuerint, cumque, ut multae res documento sunt, id maximum hostis illius studium existat, ut Christianarum regionum excidiis potentiam suam amplificet, dubitare Serenitas eius non debet, quin si eam provinciam, quod Deus avertat! in potestatem suam redigat, Serenitatis quoque illius ditiones, id quod semper antea fecit, bello petiturus sit. Quem tanto graviorem firmioremque hostem Serenitas illius habitura esset, quanto e provinciae huius opibus marittimae facultate atque ex hac portuum civitatumque opportunitate maiores firmioresque vires collegerit. Itaque sic omnino Serenitatem eius statuere debere cladem hanc Livoniensem, cum multarum Christianarum regionum, tum imprimis ditionum suarum, coniunctam esse atque pro eo in commune nobiscum provinciae huius saluti a Serenitate eius consuli oportere.

Ad quod etsi magnum studium suum esse Serenitas illius nobis per Magnificum Comitem in Thenczin significarit, tamen cum ad nos renunciatur nonnullas pactiones pacis ac foederum inter Serenitatem illius et Ducem Moschorum fieri, dicent postulare nos ab Illustri Domino Duce, ut Serenissimo Domino Regi suadeat, ne ulla pacta aut foedera cum Duce Moschorum inire pacemve cum eo firmare velit, atque ut consilia viresque suas ad salutem Livoniae nobiscum coniungat et consociet, in

qua quidem defendenda nos omnia nostra ponenda nobis statuimus. Pertinebit id tum ad dignitatem Serenissimi Domini, tum ad Serenitatis eius ditionum statum, tum etiam ad amicitiam nostram, quae maiorum nostrorum perpetua coniunctione conservata, nostra item hac consociatione aucta et amplificata erit.

Agent item Oratores nostri cum Illustri Domino Duce de induciis, quae apud Pernaviam et Weistenium ab Generoso Henrico libero Barone a Donn, legato nostro, cum Praefecto exercitus Serenissimi Domini Regis ad festum Natalis Domini pactae sunt, prorogandis, cum quidem id imprimis ad pacem et amicitiam inter nos et Serenitatem eius conservandam rationesque defensionis provinciae illius stabiendas pertineat.

Exponent praeterea Illustri Domino Duci: Cum multa sint, de quibus inter nos atque Serenissimum Dominum Regem ad statum provinciae huius tuendum constitui oporteat, neque nobis propter locorum disiunctionem navigationisque incommoda facultas Legatorum ad Serenitatem eius mittendorum hoc tempore detur, scripsisse nos ad Serenitatem illius, ut Illustritati eius, cum qua omnis consilii communicandi expedita ratio nobis esse potest, committat, quo de omnibus huiusmodi rebus nobiscum agere et constituere possit, id quod Serenitatem eius pro communium rerum usu et commodo facturam esse confidimus. De quo item ut Illustris Dominus Dux apud Serenitatem illius curet, postulabunt nostro nomine ab Illustritate eius. Caeterum fidei atque prudentiae eorundem Oratorum nostrorum committimus.

Querentur item Oratores nostri apud Illustris Dominum Ducem interceptam nobis superiore tempore ab Revaliensibus esse navem onustam commeatu, quem militibus nostris praesidiariis, quos plerisque in arcibus Livoniae habemus, miseramus, agentque cum Illustritate eius, ut eam navem cum commeatu intercepto integre restitui nobis mandet, cum quidem nisi id fiat, omnino ineundae nobis rationes essent, quibus eam iniuriam nostram in eos persequamur ac vindicemus. Ipsos autem commeatus ac non pretium illorum reddi restituique nobis flagitabunt, cum quidem ad praesidia nostra isthic alenda necessarii nobis existant, neque hoc tempore propter navigationis difficultatem aliorum commeatumum invehendorum commoditas nobis detur.

a) sequitur: provintiarum et *expunctum*.

z) sic in *ms.*

*) *Iam editum in: Schirren, Neue Quellen III, N. 286, p. 250.*

N. 99.

Wadtstenni, 12 Novembris 1561.

*Magnus dux Ostrogothiae
ad Ioannem Tęczyński
litteris acceptis de amicitia protestatur.*

(Orig., vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Magnus, Dei gratia Regni Suetiae Haeres etc., Dux Ostrogothiae, Magnifico et Illustri, singulari, dilecto Amico nostro, Domino Ioanni Comiti a Tentzin, salutem et laetos vitae successus.

Magnifice et Illustris, dilecte Amice. Literas Vestrae Dominationis, per adolescentem, quem Vestra Dominatio nobis studiose commendavit, traditas una cum aliis, quibus nobis pro exiguo dono magnas agit gratias, accepimus. Quibus nobis nihil iucundius accidit, tum quod Vestra Dominatio in exiguo adeo munere magis animi nostri benevolentiam quam ipsius dignitatem censere voluit, tum etiam quod suam animi promptitudinem, omnis officiorum generis delatione auctam, nobis liberalissime profitetur. Quem sane mentis candorem et singulare in nos studium si quocumque modo nostris officiis erga Vestram Dominationem promerendi data fuerit facultas, non est quod dubitet nos ulla in re accuratius laboraturos. Is enim animus, quem semel erga Vestram Dominationem, animorum similitudine adducti, induimus, perpetuo Vestrae Dominationi manebit integer.

Quod etiam Dominationem Vestram cum suis foeliciter traiecissemus reducemque in patriam factam accepimus, non est quod dici queat, quanta simus perfusi laetitia. Nihil enim nobis auditu suavius, quam si Vestram Dominationem prosperae valetudinis caeterarumque rerum incolumitate perfrui intellexerimus. De nostra valetudine rerumque statu Vestra Dominatio ex Secretario nostro, praesentium exhibitore,^{a)} quem ad Illustrissimum Principem Ducem Finlandiae, fratrem nostrum charrissimum, ablegavimus, plenius cognoscet. Quod superest, rogamus Dominationem Vestram, ne illam animorum coniunctionem, quam semel invicem contraximus, ulla vel temporis longinquitate, vel etiam loci intervallo intercidere patiatur. Sed nos unum tanquam ex multis amicis iis in rebus, quae in nostrum aut ornamentum aut etiam emolumentum cedere possint, semper habeat commendatos, de nobis vicissim grati Principis et synceri amici expectatura officia. Datae in arce nostra Wathsten, 12 Novembris Anno 61.

Vestrae Dominationis benevolentissimus Magnus.

In dorso: Magnifico et Illustri, singulari, dilecto amico nostro, Domino Ioanni Comiti a Tentzin.

a) *In ms.* exhibitori.

N. 100.

Lincopiae, 16 Novembris 1561.

Nicolaus Christierson, Erici XIV minister, ad Gotthardum [Kettler], Livoniae magistrum cuius submissionem non regi Poloniae, sed sibi vindicat, minis belli additis.

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Illustrissimi et Magnifici Principis ac Domini, Domini Erici Decimi Quarti, Swecorum, Gothorum Vandalorumque etc. Regis, Domini mei clementissimi, Resolutio seu Responso ad instructionem, quam Reverendissimus Princeps et Dominus Gothardus, Teutonici Ordinis in Livonia Magister, per suos nuncios Generoso Domino Nicolao Christiern-

son, Maiestatis Regiae locum tenenti et Capitaneo Revaliensi, ac consequenter per ipsum Capitaneum Maiestati Regiae Sueciae transmisit et obtulit.

Primo recte et bene fatetur Dominus Magister, quod divae memoriae Rex Gustavus, modernae Maiestatis Regiae Sueciae Dominus parens, sese erga Dominos Magistros, qui sub id tempus administrationem Livoniae obtinuerunt, nec non erga modernum quoque Dominum Kettlerum, amanter, benigne et fideliter gesserit. Quod vero eius Celsitudo vicissim pro omnibus praestitis amicitiiis, favoribus, promotionibus et auxiliis, non imitata antecessorum suorum exemplum, sese ingratum, inhumanum et indecenter saepenumero erga sanctae memoriae atque modernam Maiestatem Regiam exhibuerit, id tum antea eius Celsitudini ac Cesareae quoque Maiestati scriptis expositum ac demonstratum est non obscure, tum porro quoque in hac responsione pro necessitate exponetur declarabiturque uberius.

Nam quantum ad frequentem Nunciorum ablegationem attinet, quae ex peculiari quadam amicitia et confidentia singulari in eumque finem profectae esse proponitur, ut tali nempe ratione Sua Celsitudo sese cum Regno Sweciae²⁾ maiori firmioreque amicitia devinciret, benevolentiam eius Regni erga se adaugeret confirmaretque, fatendum quidem est in primo exordio, antequam ad realem tractandorum negotiorum actum deveniretur, speciem de se talem praeuisse, quasi res serio et fideliter, uti quidem verbis proponebatur, ageretur. Continebat enim exordium istud mirificam quandam salutationem, servitiorum commendationem, lamentationes ac quaerimonias, petitiones pro intercessione ad pacem impetrandam a Moschorum Principe, tum ut consilio, auxilio et eximia quadam pecuniae summa, idonea cautione accepta, subveniremus.

Quibus quidem petitionibus motus sanctae memoriae Rex Gustavus, modernae Maiestatis Regiae Dominus parens, magnis laboribus et sumptibus Ducem Moschorum per suos legatos ad tractandam pacem commovit idque peculiari missa legatione Domino Magistro denunciavit, fideliter adhortando, ut quid fieri vellet, maturius constitueret, ac responderet. Verum eius Celsitudo, quasi res ageretur nullius momenti, antequam animi sententiam explicaret, deliberationi medium annum impendit posteaque conditiones proposuit adeo duras et ad tractandam pacem inconvenientes, ut eas sanctae memoriae Maiestati Regiae ad Moschorum Ducem referre non licuerit. Quamobrem Moschorum Dux tractationem illam pacis, ab eius Maiestate inchoatam, alieno prorsus animo accipiens, Maiestatem Regiam datis litteris admonuit, ne in posterum tam vanis ac frustratoriis tractationibus se implicaret.

Porro cum ad tractationem quoque pecuniae mutuandae utrinque eventum est, ibi tum ex frivolis et incertis conditionibus, quas eius Celsitudinis legati in medium proferebant, apparuit negotium istud cum Maiestate Regia non serio ac fideliter geri, nec Dominum Magistrum unquam vere secum constituisse, licet id quidem obtulerit, quod Maiestati Regiae tantae summae nomine idonee ac sufficienter cavere voluerit.

Quandoquidem igitur Maiestas Regia Sueciae condolenti et Christiano animo toties apud hostem Livoniae elaboraverit, ut animum eius ferocem et hostilem leniret ac ad pacem componendam induceret, obtinueritque a Moschorum Duce, ut tractationem pacis acceptaret, eius vero Celsitudo eandem tractationem, antea summopere expetitam, ultro neglexerit ac plane contempserit; tum quoque idoneam eam cautionem cum nonnullorum bonorum oppignoratione, accepta tam eximia pecuniae summa,

similiter detractaverit, recusaverit ac cuidem duntaxat cautionem seu syngrapham obtulerit, non attento quod legati illi ex Maiestatis Regiae benigna oblatione intelligere potuerint Celsitudinem suam eius pignoris ac talium bonorum traditionem non detractasse, sed se ipsam in id ultro ac sponte intromisisse, cum ea res magis ex commodo et utilitate eius Celsitudinis ac terrarum illarum fuisset, quam Maiestatis Regiae Suetiae.

Ideo et ex iis causis divae memoriae necnon moderna Maiestas Regia Sueciae, Dominus meus clementissimus, aliud secum statuere non potuit, quam quod Sua Celsitudo negotia illa cum Maiestate Sua non fideliter ac bene instituerit, sed potius sua consilia et animum eo dixerit, ut tam praeclaram pecuniae summam verbis suavibus ab ea eliceret, Moschorum Ducem contra Maiestatem Suam concitaret, ut pote quae tractationem pacis frustratoriam pro parte et commodo Domini Magistri instituisset quaeque contra iuratam pacem hostibus ipsius Moschi pecunia ²⁾ subvenisset, hacque ratione Maiestatem Regiam in odium Moschi induceret ac bello implicaret. Quod ipsum quidem tum quoque eius Celsitudinem tentasse apparet, cum in fluminibus Regiis naves Moschoviticis interciperet aliasque vias et rationes ad id perficiendum tentaret. Denique quod eius Celsitudo de Maiestate Regia Sueciae nullo unquam tempore fideliter beneque censerit,²⁾ sed sub spetiae ²⁾ amicitiae magna pericula semper quesiverit, id Sua Maiestas his subsequentibus tractatibus et practicis evulgare manifestareque voluit.

Ac in primis quidem, quod antecessor moderni Domini Magistri eiusdemque tunc temporis existens coadiutor, non attento quod antea ad inendum foedus cum Maiestate Regia Sueciae sese obtulerit, eo ipso tempore, cum Moschorum Dux eius Maiestatis manifestissimus hostis fieret, ab eo foederis ineundi proposito ac voluntate recesserint, utque eius Maiestas commodius bello invadi ac infestari posset, pacem cum hoste inierit ipsumque in publica expeditione comeatu ac aliis rebus bellicis, quarum inopia tum praemebatur,²⁾ iuverint atque armarint.

Secundo, quod Sua Celsitudo missis legatis apud Regiam Maiestatem diligenter serioque elaboravit, ut inter Maiestatem Suam et Maiestatem Regiam Daniae discordiae foverentur et utramque odiis et dissensionibus involverit,²⁾ id quod ex instructione ipsa liquet, quam Dominus Magister Illustrem et Magnificum Dominum, Dominum Magnum Holsatiae etc., apud Maiestatem Regiam Suetiae omnis generis vehementibus ac difficilibus delationibus verbisque famosis detulit, pregravavit, accusavit et auxilia quoque adversus eundem Illustrem Ducem petiit ac postulavit.

Denique quod Sua Celsitudo, cum videret panurgiam et vafra sua consilia non succedere, ad vim manifestam prosilierit, subditos Maiestatis Regiae sine quavis legitima et aequae causa in mari deprehensos per deputatos suos servitores ceperit ac trucidatos navibus bonisque omnibus spoliaverit adeo, ut hac ratione hostilem suum animum toti mundo contestatum reliquerit.

An non itaque Dominus Magister Maiestatem Regiam ad suscipiendum bellum sufficientibus rationibus concitaverit, nemo est sani iudicii homo, qui non ex iam relatis et aliis in hac Apologia subsequentibus rationibus facile viderit ac iudicaverit.

Quantum vero ad negotia apud divae memoriae Regem Suetiae expedienda attinet, quae modernae Maiestati Regiae eiusdemque Maiestatis fratri charissimo Iohanni, Duci Finlandiae, commendabantur committenturque, liquido Maiestas Regia, Dominus meus clementissimus, ac bona conscientia contestari potest Maiestatem Suam, quatenus sine

praeiudicio Regni Suetiae licuit, sese tum fidelem et verum amicum praestitisse illicumque optatam expeditionem desiderasse. Si quidem illa tanto studio, diligentia ac sedulitate divo parenti suo commendarit ac promovere conatus fuerit, ut eo ipso (si quidem legati Livonici propriae promissioni et assertioni non steterunt, quinimo se turpiter gesserunt nec aliud quicquam, quam ut cum detrimento et incommodo Maiestatis Regiae ditiscerent, quaesiverunt) apud Dominum suum parentem in suspitionem sinistram et gravem notam incurrerit.

Eodem quoque modo Maiestas Regia aliud colligere et animadvertere non potuit, quam quod charissimus eius frater Iohannes Dux Finlandiae praedicta negotia non minore fide et diligentia sibi commendata habuerit, prout eius Celsitudo suo tempore procul dubio se ipsam sufficienter excusabit purgabitque. Quo vero animo Dominus Magister erga Maiestatem Regiam Regnumque Suetiae affectus fuerit, ex iam dictis tam liquido constat, si porro probatione nulla indigeat.

Quod Maiestas Regia, Dominus meus clementissimus, per Suae Maiestatis nuncios se tam amanter et benigne erga legatos Maiestatis Regiae Poloniae in conferendis negotiis gesserit, id iure suo Dominus Magister non mirabitur, si quidem Sua Celsitudo non ignorat hactenus inter Maiestatem Regiam Suetiae et Maiestatem Regiam Poloniae nulla prorsus extitisse dissidia nullamque Maiestatem Regiam Suetiae causam habuisse legatos Maiestatis Regiae Poloniae inimicius tractandi. Quod autem Maiestatis Regiae, Domini mei clementissimi, legati pari ratione ac modo erga nuncios Domini Magistri se non exhibuerint, ea causa est, quod res hoc ipsum non postulabat, sed potius alium modum ac conditionem requirebat. Nam licet Regia Maiestas Domino Magistro satis longam dilationem, nempe quinque mensium, ad restitutionem ademptarum navium atque bonorum vel estimationem illorum praestandam praefixisset, ea adiecta conditione, ut infractores interea temporis contentarentur, quod tunc Maiestas Regia necessario cogeretur ac vellet eas vias ingredi, per quas et damnum illatum resarciri et subditi eius vindicari possent, sicque nulla porro ea in re admonitione opus fuisset. Tamen Regia Maiestas pro sua innata bonitate, ne quid, quod ad conservandam amicitiam et pacem pertinere videretur, omitteretur, ideo missis nunciis, denuo hoc negotium amice et benigne tentare volens, Dominum Magistrum prioris admonitionis in scriptis conceptae ac per Celsitudinis Suae nuncios eidem transmissae pro abundanti amanter commonefecit et adhortata est, prout quoque Nicolaus Christierson per suas litteras voluntatem atque mandatum Maiestatis Regiae quidem decrevisset, nisi restitutio intra praefinitum tempus praestaretur, Domino Magistro significare ac futurum imminensque damnum atque periculum praedicere^{a)} non intermisit.

Expirato ergo tempore restitutioni praefinito, Domino Magistro nihil agente, miseris Maiestatis Regiae subditis laesis (quas Maiestas Regia promissionibus ac spe eousque detinuerat), auxilium et restitutionem vehementius quam antea in dies efflagitantibus, tandem Regia Maiestas, post tot tantasque petitiones, postulationes, admonitiones, expressissima quoque mandata Cesareae Maiestatis, necessario compulsa est ad defendendos miseros subditos, ad conservandam Regiam quoque dignitatem ac reputationem ac tuendam retinendamque iustitiam, cum videret se nihil amicabilibus benignisque admonitionibus proficere, funesto ei negotio vi occurrere ac perpessas atroces iniurias adversus bona eius Celsitudinis prosequi, vindicare et damna repetere.

Unde primo arcem Revaliensem per vim, sine sanguinis tamen effusione, expugnavit et oppugnavit. Cumque res ad publicum bellum deveniret, non est cur Maiestas Regia carpatur vel culpetur, quod consuetudine belli civitatem quoque Revaliam per deditionem coeperit,²⁾ quam alias deditione non facta vi ac bello oppugnatura inque potestatem suam redactura fuisset. Ac porro quoque simili modo adversus auctorem eumque, qui causam bello dedisset ac bona terrasque eius processisset, donec Maiestati Suae damnorum ac iniuriarum perpessarum nomine satisfactum fuisset.

Quibus omnibus consequens est Maiestatem Regiam sine sufficienti et ardua causa et expressa admonitione nihil hostile adversus Suam Celsitudinem molitam, nec contra ius gentium quicquam commisisse, nec Revalienses ac terrarum Harriae et Virlandiae incolas a Domino Magistro contra consuetudinem belli ad defectionem perduxisse. Sed, ut decuit Christianum Regem, omni auxilio destitutos inque magna miseria et necessitate constitutos suscepisse, ob idque non apparet, cur Dominus Magister negotia ista, tali modo peracta, tam valde multumque miretur.

Nec dubium est, quin Regia Maiestas se coram Cesarea Maiestate ac Sacro Imperio Romano eo nomine sit excusatura purgaturaque, ut abunde intelligant Maiestatem Regiam Suetiae, Dominum meum clementissimum, in hoc negotio commodum et utilitatem Romani Imperii ac totius Christianitatis considerasse atque perpendisse, nec quemquam ob id Maiestati Suae succensurum.

Similiter quoque cum Provincia illa pro parte a Regno Daniae vendita sit et in Ordinem Livoniae translata, non dubitat quoque Maiestas Regia Suetiae, quin cum cognato suo charissimo, Maiestate Regia Daniae, iuris illius nomine, quod forte in ea habere possit, facile transactura sit.

Quantum ad id quod ab adversariis praetenditur, civitati Revaliensi caeterisque Livoniae subditis, non licuisse ita a Magistratu suo desciscere, nec posse eos ullam urgentem vel probabilem rationem afferre, qua adducti sese Maiestati Regiae subiecerint, vult Maiestas Regia in hoc suos subditos purgare atque defendere, iureque eos excusari subsequentibus rationibus ostendere, quod videlicet incolae terrarum Harriae et Virlandiae necnon civitas Revalia bona ratione, iure et necessitate coacti, eam defectionem fecerint.

Clarum enim est atque universo orbi notorium, quam vehementer tota illa provincia hostiliter invasa, vastata ac poenitus eversa sit; optimae quoque arces, civitates, curiae, oppida, pagi occupati, tum non solum equestris ordinis homines totaque nobilitas, sed etiam generaliter omnes subditi per continuam bellicam expeditionem omnibus facultatibus ac viribus enervati, ita ut per se defensionem nullam reparare potuerint. Sic fatetur totus ordo equestris²⁾ totaque nobilitas terrarum Harriae et Virlandiae dolenterque conqueruntur nullum prorsus aliud consilium ipsis superfuisse, quam quod ingruentibus denuo hostibus, illorum potestati se submitissent, ut pote viribus et facultatibus exhausti.

Porro quod defensionem etiam, per Dominum Magistrum subditis Livoniae multoties promissae, nequaquam fidendum sit, id Revalienses ac incolae terrarum Harriae exemplo suo vicinorum et cognatorum, in servitute hostium misere reductorum, sufficienter edocti sunt. Licet autem alii Livoniae Status, ab hostibus nondum subacti, facile ex eo iudicare potuerint nullam porro spem sibi auxiliorum maximaque protectionis alicuius de Domino Magistro concipiendam esse, tamen Revalienses eo non obtento, ut adversarius ipse fatetur, se semper fideles subditos de-

clararunt et obtulerunt palam fatentes se cum suis Magistratibus bene contentari, nec velle ulla ratione ab eis discedere, sed in omnibus licitis parere et obedire, quatenus illis liceret, sub eorum defensione permanere, neve cogentur extraneos dominos agnoscere atque recipere.

Verum cum Dominus Magister contra offitium fidelis et probi Domini, tum sine consensu Caesareae Maiestatis ac Romani Imperii, quod quidem (ut Maiestas Regia existimat) eousque in contractum defensionis non consensit, a Revaliensibus contra voluntatem ipsorum recesserit eosdemque Magistratui extraneo subiicere omnino constituerit. Ideo Revaliensibus (praeterquam quod iure non teneantur extraneum Magistratum inviti agnoscere) ex probabilibus quoque rationibus, nec integrum eis nec ex re ipsorum erat talem mutationem agnoscere aut suscipere. Cum enim intersit subditorum habere bonum Dominum, non possunt a Magistratu suo cogi, ut dominum aliquem extraneum inviti agnoscant. Quod si Dominus dominium suum vel ius, quod habet in fundo, contra voluntatem subditorum alio transferat, iure suo, cui hoc ipso renunciat, privatur.

Ideoque Revaliensibus subditis videntibus ipsorum Dominum ab eis recessisse, remque eo deductam, quod extraneum Dominum^{b)} agnoscere ac suscipere cogentur, ius, fas atque potestas erat talem sibi Dominum eligendi constituendique, qui vel maxime ex re et utilitate ipsorum esset quisque eis, ope divina mediante, in summis ipsorum necessitatibus, quantum possibile foret, consilio et defensione non esset defuturus, denique qui se ad id clementer obtulisset.

Huc accedit inevitabilis summa necessitas, quae eos apud universos minime suspectos facile excusabit; cum non solum durissimae minae hostiles, verum etiam realis expeditio bellica ipsis imminebat, nec ulla defensio liberatioque superesset. Qua de causa Revalienses, ad sui conservationem, ad liberandam Christianam religionem, libertatem et iustitiam, in commodum quoque et utilitatem totius Christianitatis (cum maxime expediat, ne ea loca in ditionem Ducis Moschorum perveniant), iuste et sine nota aliqua Maiestatem Regiam Suetiae, tanquam membrum non postremum et inspectorem Christianitatis, ipsis vicinum Regem et Dominum, prae caeteris Monarchis et^{c)} Dominis Christianis in protectorem suum elegerunt atque receperunt.

Neque parum miratur Maiestas Regia, quod Revalienses necnon terrarum Harriae et Virlandiae incolae per Dominum Magistrum traducantur accusenturque, quasi gladio hostiliter per eos ducto, Celsitudinem Suam graviter offenderint. Cum hoc tempore ab ipsis nullus prorsus tumultus vel quicquam violenter commissum sit, quinimo sese erga Maiestatem Regiam tanquam legitimum suum Magistratum, ut decet probos subditos secundum praestiti iuramenti tenorem, obedientes semper praestiterint. Ac licet hoc tumultuoso tempore Maiestatem Regiam Sueciae in modernis dissensionibus contra Suam Celsitudinem iuissent, id quod factum non est, non tamen ob id culpari aut accusari possent: se eo ipso Magistratum suum laesisse, eo maxime considerato, quod ob varias et evidentes rationes, ut supra diximus, iureiurando olim Domino Magistro praestito renunciaverint et Maiestatem Regiam in protectionem suscepissent eidemque porro religione iurisiurandi teneantur.

Qua de causa, secundum ordinationem quoque divinam, summe obstricti atque devincti sunt, tum in eo casu tum aliis omnibus legitimis causis, Maiestati Regiae tanquam legitimo Magistratui (maxime cum

sciunt eius Maiestatem iustam fovere causam) pro modo corporis ac facultatum ^{d)} semper adesse eandemque fovere.

Quod Dominus Magister passim apud plurimos auxilia ac defensionem anxius quesiverit eamque suam diligentiam, cum fiducia et spe coniunctam, praefatis subditis saepius scriptis significaverit, id illi non solum fatentur, sed etiam adiciunt, quod ea ipsa facta spes ac promissiones illae invalidae vanaeque in extremam perniciem eos deduxissent, si diutius eisdem se suspendi passi fuissent ac media divinitus oblata, ad liberationem ipsorum spectantia, neglexissent aut ingrato animo suscepissent. Hanc igitur deditionem quilibet interpretetur intelligatque quo vellit ²⁾ modo, semper id constabit eam ex nulla alia causa, quam ^{e)} ex inevitabili urgente necessitate et in commodum utilitatemque totius Christianitatis factam esse.

Quantum ad defensionis pollicitationem per Maiestatem Regiam Poloniae ad requisitionem Caesareae Maiestatis attinet, istam pollicitationem ac quicquid praeterea eius Maiestas Revaliensibus praestare constituerat, Maiestas Regia in suo relinquit vigore, existimat tamen, si ea res tanti fuisset momenti, quanti Dominus Magister eam facit, ac Revalienses subditi fructum uberiores ex ea percipere quam ex defensione Svecica potuissent, certe rem tam utilem nequaquam neglexissent ^{f)} et recusassent.

Quod porro Maiestatis Regiae subditis in Livonia imputatur, quod per deditionem Maiestati Regiae Sueciae factam non solum terris Livoniae, sed communiter toti Christiano orbi varia incommoda, detrimenta ac fere ipsam perniciem ²⁾ adsciverint ac incendiis, caedibus, direptionibusque nuper denuo a Moschis commissis et illatis, causam eo ipso dederint, tum defensionem quoque Maiestatis Regiae Poloniae impediverint, id fit a Domino Magistro minus decenter convenienterque. ^{g)} Contrarium enim ipsa ratio dictat: quod Revalienses et alii, qui se Maiestati Regiae Suetiae dediderunt, in pace conservati et bello a Moschis impetiti non sint; quo nomine post Deum suo Magistratui ac prudenti ipsorum iudicio, quo in eo negotio usi sunt, merito gratias agunt. Quod vero ceteri, qui suis rebus tam bene non prospexerunt, defensione destituti ad extremum interitum devenerint, id suo Magistratui imputent, qui tum se ipsum accuset: non Revalienses aut incolas terrarum Harriae et Virlandiae. Tum ii neminem offenderint, sed suis duntaxat rebus optime consultum esse voluerint.

Quod si igitur Dominus Magister et is, ad quem defensio earum terrarum spectat, ob id offitium suum intermiserunt nec miseros afflictosque homines, qui tamen nullam prorsus causam deditioni Revaliensium praebuerunt, defenderunt, consequens est eos ipsos tantae calamitatis, rapinae, incendii ac caedis causam esse, et non miseros Regis Sueciae subditos, qui alias propter impotentiam et exhaustas vires nec defendere nec in defendendo remorari impedireve potuerunt. Unde palam fatetur Dominus Magister, quod Sua Celsitudo contra naturalem aequitatem innocentes propter eos, quos sontes reputabat, sui offitii immemor, passa sit crudeliter diripi ac trucidari. Proinde quis, quaeso, causa et origo fuit multo atrociorum ²⁾ damnorum, ab hoste ante terris Livoniae illatorum, cum Maiestati Regiae Suetiae nihil rei adhuc cum Livonibus intercederet, quis tum defensionem impedivit aut remoratus est?

Quae vero de insperatis negotiis, de bonis ademptis, de pecunia ²⁾ mutanda in Instructione illa passim proponuntur, ad ea superius, quantum necessitas requirere videbatur, responsum et confutatum est.

Similiter quoque non potest huc referri seu applicari exemplum seditiosorum rusticorum atque adeo ipsa seditio in Regno Sueciae, regnante divae memoriae Rege, exorta, eo maxime perpenso, quod subditi Regis Sueciae in Livonia nullam seditionem adversus Dominum Magistrum concitaverint. Neque minorem operam ac studium sanctae memoriae Rex, si aliquamdiu supervixisset, quam moderna Maiestas Regia Sueciae in hoc negotium impendisset, quod abunde tractantur²⁾ eius litterae, ea de re non ita pridem ad Dominum Magistrum scriptae. Sic neque admittit Maiestas Regia, quod proponitur se a Domino Magistro auxiliorum ac defensionis nomine requisitam esse. Nam Maiestas eius Regia vere affirmare non dubitat, quod si id factum fuisset, Maiestas Sua non minus quam quivis aius in gratiam Suae Celsitudinis ac terrarum illarum prestisset. Neque Caesareae Maiestati defensionem omnino, uti quidem Dominus Magister asserit, detrectavit, quinimo se ad quaevis possibilitia, quateus sine praeiuditio Regni Sueciae liceret, paratam obtulit.

Porro quantum ad legationem Domini Magistri necnon Maiestatis Regiae locumtenentem Revaliensem, Dominum Nicolaum Christierson ac inducias utrinque percussas attinet, non potest Maiestas Regia satis mirari vel equo animo ferre, quod talia negotia non ad ipsam Maiestatem Suam, sed duntaxat ad locumtenentem Suae Maiestatis delata fuerint, quodque inscia et prius non requisita Maiestate Regia, de induciis pacisci^{b)} non dubitarint, cum dictus enim locumtenens rerum tantum bellicarum curam et administrationem gerat et mandata Regia iis de rebus exequatur, nec de pace induciisve tractandis mandata ulla habuerit; tum quoque Domino Magistro constiterit Maiestatem Suam in propria persona non alibi quam in Regno Sueciae degere.

Et quamvis Maiestas Regia iure non teneatur inducias factas ratificare approbareque, tamen quia tempus induciarum est perbreve, et Dominus quoque Magister sese ad omnis generis aequas pactiones ad componendas et transigendas controversias pacemque constituendam offert, ut quilibet intelligat Maiestatis Suae animum magis ad pacem et concordiam inclinatum esse, nec publicam tranquillitatem magis turbare videatur, ideo Maiestas Sua initas inducias usque ad festum duntaxat Natalis Domini ratificavit et approbavit, nulla prorsus concessa longiore prorogatione.

Cum autem Dominus Magister petat sibi media, quibus pax constitui possit, explicari sciat eius Celsitudo Maiestatem Regiam nullas alias pacis condiciones sibi proposuisse quam eas, quae sequuntur, quibus unice acquiescit:

Primo, ut penes Maiestatem Suam Regiam remaneat quicquid in Livonia per eam exciperatum et occupatum est. Praecipue autem non vult Sua Maiestas civitatem Revaliam et terras Harriae Virlandiaeque, quarum incolae se Maiestati eius Regiae mediante iureiurando subiecerunt, a se nullo modo dimittere.

Secundo, ut id ipsum Caesarea Maiestas, Romanum Imperium et Rex Poloniae ratificent.

Tertio, ut Maiestas Regia Poloniae et Dominus Magister Maiestati Regiae Sueciae occupatas arces, civitates, munitiones et terras ita concedant,¹⁾ ut eandem Maiestatem Regiam, si futuris temporibus a quoque eo nomine conveniretur, impeteretur molestaretur, defendant ac tueantur.

Quarto, ut Dominus Magister pro navibus ac bonis, tam Maiestati Regiae Sueciae quam Magno Moschorum Duci in fluminibus Regiis ademptis (quorum nomine Sua Maiestas et subditos suos et Ducem Moschorum

cum restitutione omnium damnorum et interesse contentos reddidit),^{z)} pro expensis quoque et sumptibus ad^{j)} id bellum factis, necnon pro debitis Domini Magistri, per Maiestatem Regiam Revaliensibus persolutis, Maiestati Suae Regiae sufficienter in parata pecunia satisfaciat, aut, si id facere non potest, aliquot, arces in solutum tradat.

Quinto, ut constans et perpetua pax utrinque constituatur, omnibus controversiis poenitus sublatis atque extinctis.

Ultimo, ut Regia Maiestas Poloniae et Dominus Magister Revaliensibus et incolis terrarum Harriae et Virlandiae confectis syngraphis^{k)} sufficienter caveant Suam Maiestatem Regiam necnon Suam Celsitudinem, tam per se quam suos consortes aut subditos, futuris temporibus talis deditionis nomine, ne quicquam eis obrectaturas vel quamcunque molestiam, inquietationem difficultatemve illaturas.

Quod si igitur Dominus Magister has praescriptas condiciones recipendas esse existimaverit, eo ipso finis bello impositus censebitur, nec porro quicquam hostile^{z)} de Maiestate Sua expectabit; sin vero repudiandas esse duxerit, nulla prorsus spes pacis restabit. Ideo poterit animum suum durantibus induciis per deputatos Nuncios simplice et plena responsione declarare. Eo vero non facto, nihil aliud Dominus Magister quam continuum bellum expectabit.

Atque haec omnia Illustrissimus et Magnificus Princeps ac Dominus, Dominus Ericus Decimus Quartus, Swecorum, Gottorum Vandalorumque etc. Rex, Dominus meus clementissimus, ad instructionem Domini Magistri, per Nobilem et Generosum Nicolaum Christierson, locumtenentem et Capitaneum Revaliensem, eius Maiestati Regiae transmissam, ut ostenderet Suam Maiestatem Regiam ad bellum contra Dominum Magistrum suscipiendum sufficienter invitatum et adductam esse, tum ut cuilibet constaret ex verissima hac Apologia vanam minimeque fundatam esse Domini Magistri delationem, qua Maiestatem Suam Regiam et miseros subditos terrarum Harriae et Virlandiae necnon civitatis Revaliensis perstringere ac diffamare non dubitavit. Datum Lincopiae die 16 Novembris anno LXI.

Harriam, quae continet: Revaliam
Padis^{z)}

Aestonia dividitur in:

Virlandiam; haec continet: Nerwam maritimam
Niewschloss
Thalsbork
Wesenbork

In dorso: Condiciones p.s.

a) *In ms. praedicere*

b) *sequuntur verba expuncta: ab eis excessisse*

c) *in ms. hic pro ac evidenter erronee adscriptum apparet.*

d) *hic in ms. legitur facultatem, quod in facultatum corrigimus, sed etiam in facultates corrigi possit.*

e) *in ms. sequitur expunctum: in*

f) *in ms. propositio: certe rem tam utilem nequaquam neglexissent repetita occurrit.*

g) *in ms. convenirenterque*

h) *hic in ms. erronee scriptum est: de iudicii pacifici*

i) *in ms. concedat*

j) *in ms. ut pro ad scriptum apparet.*

k) *in ms. syngraphus*

z) *sic in ms.*

*) *Cfr. versionem germanicam in: Schirren, Quellen VIII Archiv... N.F. VIII, N. 1074, p. 209; et in: Bienemann 5, 171.*

Rigae, 17 Februarii 1562.

*Gotthardus Kettler, Theutonici Ordinis in Livonia magister
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
de iniuriis sibi a rege Sueciae illatis conqueritur.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Serenissime ac Potentissime Rex et Domine.

Regiae Vestrae Maestati obsequia mea ac benemerendi promptissimam voluntatem defero Augustissimique Regni continuum incrementum foelicissimosque successus ex animo reverenter opto.

Domine clementissime ac perpetua fide observandissime.

Cum legissem exemplum literarum Serenissimi Sveciae Regis, quibus nescio cuius cum levitatis tum perfidiae, impietatis insimulor in indignitate²⁾ commotus, non potui non tantam et tam insignem dolenti fere animo contumeliam; Serenissimae Regiae Maestati Vestrae hisce brevissimis ad obiecta Serenissimi Sveciae Regis crimina respondere et qua par est reverentia de mea innocentia contestari. Primo itaque omnium meae legationis, cuius mentio fit, mihi rationes reddendae, aliquando si opus fuerit exactius, constant. Cuius si quis nervum penitius introspiciat ac cum literis hisce Regiis conferat, sepositis affectibus, statim apprehendet eam consilio et in finem longe sane alium ac pro ratione horum calamitosissimorum temporum magis salutarem, quam accipitur, a me profectam, institutam atque directam; allatas vero in medium belli causas eius generis esse, quae ut magna ex parte fundamentis (sit hoc venia ac pace Serenissimi Regis Suetiae dictum) carentia vix alicuius offensionculae, multo minus tantorum motuum et bellicorum apparatus, tempore reipublicae alienissimo, contra Christianum Principem et vicinum, alioquin ab hoste vastatore truculentissimo bello defensionis pernecessario, sed, proh dolor, impari et cruento admodum intricatum et occupatissimum ansam dedisse videantur. Quae cum commemorantur ante septennium Serenissimi Regis Sueciae Dominum parentem, foelicis ac pientissimae memoriae, ad faciendum Moscho bellum illectum esse, nihil ad me. Ea si quidem tempestate in Livonia non eram.

Nec tunc minus quicquam cogitabam, quam illud fastigium huius provinciae gubernationis aliquando ad me devolutum iri. Nec opinor meos maiores ullis pactis in belli eam societatem descendisse,^{a)} multo minus Regem observandissimum ac ultimum longe charissimum fraude ludificatos turpiter deseruisse, quam etiam hostem se commeatu aliisque armasse. Qui si in²⁾ unius ac sui iuris essent, pro se ipsi causam dicerent. Non nego ante biennium vel plus eo Serenissimum Sweciae Regem per suos legatos significasse se interposita sua opera cum hoste pacificationem tentaturum. Mihi autem integrum non erat, inconsulta Sacra Maestate Vestra, cuius iam tum fidem cliens sequebar, in re tanti momenti quicquam statuere. Perlato itaque ad Sacram Regiam Maestatem Vestram negotio, pro eius qualitate tandem condiciones, et aequas et honestas, qua in tanto locorum intervallo ac difficultate potui celeritate, Serenissimo Sweciae Regi misi. Hostem vero quam antea simulaverat pacificationem repudiasse, quid mirum, qui semper sui similis in hoc totus fuit, subacto hoc (quod Deus avertat) propugnaculo, ulterius in Chris-

tianum orbem progredi. Mihi vero fit iniuria, me et in proponendis conditionibus ac in petenda in mutuum pecuniarum²⁾ summa dolo malo quicquam, vel etiam minimum, egisse. Conquirenda certe propter incumbens longe gravissimum onus belli eiusdem vermis pecunia passim apud Christianos Principes aperta fronte sedulo fuit. Pollicitationes ex Swecia subinde venerant. Sed postquam summa necessitate coactus, proposito pignore certo ac indubitato, rem per legatos serio agere coepi, longe aliter quam speraveram accidit. Actionum mearum me non pudet. Quales autem obtrusae ac ad ratificationem meam acceptae conditiones ac an tanto Rege Christiano dignae sint, in praesenciarum intactum relinquo. Constante itidem ea quae sequuntur nego. Me scilicet subornasse qui in mare²⁾ Serenissimi Regis Sweciae domini Moschos spoliarent, trucidarent, praedas agerent; me comminisci varia ac multiplici criminatione accendere in mutua odia ac perniciem Christianos Principes; meque captum voluntate, praedatum eo hostili more Swecorum naves nec voluisse admonitum easdem restituere.

Quae omnia quali ratione, sed in dictam sententiam nullo unquam tempore probanda, coacervantur, quo in suspicionem ac odium praeter meritum ac culpam (indignis modis afflictus) rapiar, meae existimationis fama obfuscata, propriis actionibus color aliquis obducat? Sane non videtur usque adeo esse gloria operosa periclitantem ab hoste barbaro ac Christiani nominis haereditario, immerito Christianum Principem prorsus deprimere ac privati compendii causa velle committere. Ut non tantum defensionis rationes ac arma aliis, quibus ea sumenda erant, fiant difficiliora ac intractabiliora, verum etiam ut effusionis Christiani sanguinis nullus vel modus vel finis futurus unquam sit. Nullum extare Serenissimi Sweciae Regis in Livonia, praeter vicinitatis, ius palam est. De compensatione navium, quarum fit mentio, sine mandato ac praeter voluntatem meam detentaram,^{b)} me iustitiam administraturum fuisse ac constituisse iam terminum negari non potest. Econtra non doceri Revalienses impotes [sub]ditos tempore defectionis vel a Sacratissima Invictissimaque Caesarea Romanorum Maiestate, vel etiam a Sacra Regia Maiestate Vestra, omni auxilio ac ope defensionis fuisse destitutos. Quousque autem bello, nulla iusta ex causa, Serenissimus Rex Swetiae in hac Vestrae Sacrae Regiae Maiestatis iam facta ac subdita provincia progressus sit, res ipsa testatur; testantur ac Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, una cum meis, ex Revalia ac Pernoviam ac Soneburgam ac Weissenstemiam²⁾ mittuntur²⁾ Swedicae litterae, ad defectionem sollicitantes. Quare quae de me porro persequendo minatur, eius generis esse dura, quae Sacram Regiam Maiestatem Vestram, ut pote directum Dominum, magis quam me, inferioris conditionis ac Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae vasallum ac beneficiarium principem, concernant, atque habituram Sacram Regiam Maiestatem Vestram, etiam me non monitore, cum suae dignitatis cum in clientelam susceptorum quorumvis subditorum, arcium ac civitatum rationem iuris egi ordinariam coram Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae tribunali vel etiam coram quocumque nulli partium addicto videre.²⁾ Si ita me accusanti placebit, non defugio cognitionem. Et Sacram Regiam Maiestatem Vestram summis ac summa cum reverentia etiam atque etiam rogo in suscepto mei patrocinio, ne patiat me, suum clientem, porro violenter ac iniuste obrui, potius restituti tandem contra fas ac aequum occupatis, debita satisfactione contentari.

Id quod divinitus aliquando futurum et Sacram Regiam Maiestatem Vestram provisuram, graviter, non remissa spe, indubie confido. Regiae

Sacrae Maiestati Vestrae magna cum sedulitate inservire dies noctesque, ut debeo, semper sum paratissimus. Quam Deus Optimus Maximus toti Christiano orbi ac huic Reipublicae conquassatae, perpetuis victoriis servet in longam aetatem incolumem. Datum Rigae 17 Februarii anno MDLXII.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae
Obsequentissimus princeps
Gottardus Theutonici Ordinis Magister in Livonia.

- a) *In ms.* defendisse
- b) *in ms.* detentatumum
- z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in:* Schirren, Neue Quellen III
N. 296, p. 280, *sub dato errato:* 17.1.

N. 102.

Stockholmiae, 5 Martii 1562.

*Erici XIV orator
ad legatos Ioannis Tęczyński
contra magistrum Livoniae conqueritur; de foedere contra Moschos etc.
(Exemplar)
T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Serenissimae Regiae Maiestatis Swetiae responsum ad Illustris et Magnifici Domini Ioannis a Tenczin Legatorum postulata, datum Stomachiae^{a)} 5 Marcii Anno Domini MDLXII.

Pergratum fuit Serenissimae Maiestati Regiae, Domino meo clementissimo, spectatissimi iuxta ornatissimi viri, per Vestras Amplitudines intellexisse, quo pacto Illustris ac Generosus Dominus Ioannes Comes a Thenczin, singulari erga ipsius Maiestatem animo studioque et observantia fertur, quodque summa diligentia in hoc apud Serenissimum Poloniae Regem, Dominum suum clementissimum, Illustris eius Magnificentia laboraverit, amicitia ut illa vetus inter dictas inclitae mentionis Regias Maiestates ullo ne pacto labefactaretur disolvereturve,^{z)} quin constans, firma perpetuaque duraret. Ut igitur dicta inclitae mentionis Regia Maiestas Suetiae, Dominus meus clementissimus, eo semper animo fuerat et adhuc est, firmam cum Serenissimo Poloniae Rege amicitiam ut colat atque observet ac ob id non libenter labefactari eandem cupiat, ita non potest non gratum esse eidem Suae Maiestati, quod laboris, studii et opere^{z)} tantum apud Regiam Maiestatem Poloniae pro eadem animorum coniunctione fovenda, retinenda atque observanda Comes Illustris adhibuerit. Atque idcirco cupit nunc Serenissimus Rex, Dominus meus clementissimus, ut certo sibi vicissim persuasum habeat Illustris et Generosus Comes futurum, ut pro eiusmodi erga Regiam ipsius Maiestatem amore, studio et observantia longe sit acceptissimus, ita quidem, ut in Illustrem eius Magnificentiam nihil non gratiae, favoris et honoris Rex inclitae mentionis Serenissimus per occasionem haud gravatim sit colaturus.

Porro quod Illustris Comes Sacrae Maiestati, Domino meo clementissimo, per Amplitudines Vestras nunc insuper significare Regiam incli-

tae mentionis Maiestatem Polonorum per quosdam Domini mei clementissimi Capitaneos et gubernatores in Livonia usque adeo graviter offensam fuisse, ut necessitate quadam adductus fuerit Illustris Comes omnem diligentiam ut adhiberet, quo animi offensio illa in Rege Poloniae Serenissimo mitigaretur ac tolleretur, ut ipsemet tandem ad Illustrissimum Finlandiae Ducem de stabililandae rursus atque confirmandae dictae huius amicitiae rationibus acturus profectus sit. Primum cum in eo sibi vero conscius sit Serenissimus inclitae mentionis Rex, Dominus meus clementissimus, quod causam offensionis Poloniae Regi Serenissimo nullam praebuerit, et quidem vel ob id, quod bellum in Livonia, quod offensionis causam praebuisse existimatur, non adversus Regiam ipsius Maiestatem, sed solummodo contra Ordinis illic Teutonici Magistrum, idque gravissimas, iustissimas et necessarias ob causas hactenus gestum sit, quemadmodum Serenissima Poloniae Regia Sua Maiestas iam pridem id prolixè satis per literas significaverat et, ubi desideratur, planum adhuc factura sit, ideo de dicto inclitae mentionis Serenissimo Poloniae Rege sibi omnino persuadet Rex et Dominus meus clementissimus, quod cognita est ²⁾ rei veritate operam potius daturus sit, adeoque auxilio in vindicanda ab hoste iniuria illata ipsi affuturus, quam ut veterem inter ipsorum Maiestates amicitiam dissolvi labefactarique ob id patiatur, nedum animum adversus eius Maiestatem induat hostilem. Et hoc quidem nunc eo facilius, postquam dictum Ordinis Teutonici Magistrum suam in fidem, clientelam et protectionem receperit. Quemadmodum facturum hoc certo expectaverat Rex et Dominus meus clementissimus, cum primum adventare in Finlandiam Illustris Comes a Tenczin cum Generoso Domino Henrico a Dona eius Maiestati nunciaretur. Si quidem in animum sibi inducere tum haud potuit, ut existimaret, quod ad clientem potius Suae Maiestatis seu vasallum, quam ipsammet eius Maiestatem, quae superior Dominus est, missi forent, idque propterea quod vasallo plena de publicis negotiis absque regio consensu et mandato potestas quid decernendi nunquam esse soleat. Huc accedit, quod citius multo apud ipsam Regiam Maiestatem, quam apud alium quemvis concludi de rebus tantis potuisset. Verumtamen haec non iri eum sensum accipi seu intelligi Sua Maiestas cupit, ac si ea propter aliquam offensionem animo conceperit, quod ad Illustrissimum Finlandiae Ducem profecti sint praesertim cum audiat, quod non de publicis aliquibus negotiis, quae ad Regiam ipsius spectant Maiestatem, sed de privatis quibusdam, puta nuptialibus, tractaturi ad Celsitudinem eius venerint. Caeterum quod a Regia inclitae mentionis Maiestate, Domino meo clementissimo, iam petitur, ut Illustrissimum Finlandiae Duci plena transigendi cum Serenissimo Poloniae Rege potestas tribuatur, id comodi ²⁾ vix fieri posse existimatur.

Primum namque incertum est, quam cito rebus omnibus necessariis instructus et paratus adhuc fieri ²⁾ possit iter ut eo suscipiat Finlandiae Dux Illustrissimus. Deinde est et ipsum iter per Livoniam ob tristes illas direptiones et populationes, quae ²⁾ a diversis gentibus illic in miseros et alios transeuntes quotidie nunc exercentur, infestum, usque adeo periculosum et difficile, ut salva honoris et dignitatis existimatione non audeat Rex inclitae mentionis Serenissimus fratrem, quem habet charissimum, tantis et periculis et difficultatibus eam ob rem exponere. Accedit huc, quod longe minori et periculo et sumptibus, adeoque multo facilius et citius, totum expediri hoc posse videatur, si dictae transactionis cum Serenissimo Rege meo, Domino clementissimo, faciendae plenam potestatem tribuat Serenissimus Poloniae Rex Illustri et Magnifico Domino Comiti in

Tenczin, qui omni superata itineris nunc difficultate, salvus et incolumis huc in Regnum iam pervenit. Et cum frustra per plura id fieri vere dicitur, quod fieri possit per pauciora, idcirco petit clementer Sacra Regia Maiestas, ut Illustris ac Generosus Comes, circumstantiis in hoc negotio rite ^{b)} consideratis, efficere per suos apud Serenissimum Poloniae Regem, Dominum suum clementissimum, velit, quo plenam ipsi potestatem cum Regia inclitae mentionis Maiestate, meo Domino clementissimo, de controversia, quae Suae Maiestati cum Livoniae Magistro intercedit ob notorias illas iniurias, quas et ipsius Maiestati et eius subditis ille multifariam hactenus intulerat, agendi, tractandi et iustis conditionibus concludendi tribuat. Si dictus inclitae mentionis Serenissimus Poloniae Rex clientem huc agnoscat eique consultum cupiat, ac simul veterem inter Regias ipsorum Regias ²⁾ Maiestates amicitiam non dissolvi aut labefactari, sed eum in modum conservari velit, quemadmodum eius fovende, ^{z)} retinendae ac conservandae Rex et Dominus meus clementissimus non gravatim studet, quod Regiam Maiestatem Poloniae facturam Rex inclitae mentionis, meus Dominus clementissimus, sibi facile persuadet. Denique quod ad ultimum orationis vestrae membrum attinet, ornatissimi viri, de communi nempe foedere contra Moschos ineundo, ad postulationem illam datur a Regia Maiestate, Domino meo clementissimo, responsum hoc tempore istiusmodi nimirum, quod etsi pro ea, quae Regiae ipsius Maiestati cum Serenissimo Poloniae Rege intercedit amicitia, libenter cupiat officium amico dignum in omnibus praestare, tamen antequam de controversia cum Livoniae Magistro, qui toties iam Suam Maiestatem falsis petitionibus ludificatus est, transactio integre fiat, nihil certi ad illam praecipue petitionem responsi dare poterit, ne duobus sese hostibus simul opponere per hoc velle videatur. Ubi autem amice transactio illa cum Livoniae Magistro facta fuerit, declarabit tunc eum in modum sese erga Serenissimum Poloniae Regem Sua Regia Maiestas, uti tum facere eam decebit, et quidem ita, ut iure ea quoque reprehendi nequeat.

a) in ms. Stolmachiae (error)

b) in ms. ritte vel etiam rilte legi potest.

z) sic in ms.

N. 103.

Stockholmiae, 7 Martii 1562.

*Ericus XIV rex Sueciae
ad Ioannem Tęczyński;
eum ad se venire cupit.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ericus Decimus Quartus, Dei gratia Suecorum, Gothorum Wandalarumque etc. Rex. Dilecto nobis Illustri ac Generoso Domino Iohanni Comiti a Tenczin. Salutem, gratiam et omne bonum.

Retulerunt nobis, Generose Comes nobisque dilecte, qua debebant fide quaque poterant diligentia, dilecti nobis, virtute praestantes Nobilesque viri, Paulus Chmielowski et Ioannes Mloschowski, Magnificentiae Tuae servitores, omnia illa, quae in mandatis ab Illustri Tua Magnificentia proponenda nobis acceperant, ita ut suo ad nos legationis in hoc munere

fideliter sint defuncti nostraque ob id commendatione haud indigni. Deditus responsum ad ea ipsis, prout temporis tum ratio ferebat, et cuiusmodi contentam fore Tuam Magnificentiam confidimus. Et quia commodius de transactione inter nos et Serenissimum Poloniae Regem, Teutonicus Ordinis in Livonia Magistri nomine, agi posse existimamus, si plena potestas eandem nobiscum transactionem constituendi a dicto inclytæ mentionis Poloniae Rege Illustri Tuæ Magnificentiae daretur, quam si per Illustrissimum Finlandiae Ducem, fratrem nostrum charissimum, vel alium quemvis, magnis et periculis et sumptibus, eadem perfici tentaretur. Idcirco ut mature de dictæ transactionis conditionibus Tua cum Magnificentia conferre possimus, petimus clementer, ut Tua Magnificentia quamprimum id commode facere possit, ad nos propria in persona veniat. Qua in re officium nobis perquam gratum faciet. Generose Comes, cupimus certo persuasum habeas Tuæ nos Magnificentiae ad benefaciendum propensos esse, quam ut Deus in prospero vitæ statu diu incolumem conservet, optamus. Datum in Urbe nostra Stockholmia 7 Martii anno Christi 1562.

Ericus XIII Rex.

In dorso: Illustri et Magnifico Domino Ioanni Comiti a Tenczin, nobis imprimis charo et dilecto.

N. 104.

Stockholmiae, 13 Martii 1562.

Ignotus

ad usum officii

magistro Livoniae et regi Poloniae proponendae conditiones pacis.

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

De transactionibus inter Serenissimam Maiestatem Sueciae et Ordinis in Livonia Magistrum futurae conditiones.

Quandoquidem in Apologia, contra Livoniae Magistrum Germanice conscripta, et legatis oblata, satis ostensum sit et brevi alio fortassis scripto rursus declarabitur, quibus et quam iustis de causis Serenissima Regia Maiestas Sueciae vindicta in Livoniae Magistrum uteretur, provocata fuerit, visum est non necessarium fore, eadem ut hic causae iam denuo repeterentur, ubi quaeritur, quibus ea controversia conditionibus componi adhuc queat, sed ut conditiones tantum nudae proponerentur.

Primum igitur necessarium erit, si fieri debeat transactio, ut bonorum Regiae Maiestatis Suetiae subditis, per Ordinis Teutonici Magistri decursores ereptorum, restitutio integre fiat, quae sese ad plurima talerorum millia extendit, praeter homines indignissime trucidatos, quorum hic aestimatio institui non potest. Deinde cum Moschovitis in Regiae Maiestatis dominio res plurimae per eiusdem Magistri emissos pyrathas etiam ablatae sint, et earundem apud Regiam Maiestatem Sueciae restitutio adhuc exigitur, consentaneum erit, ut et ea in futura transactione non omittatur, quae ad ingentem summam sese etiam extendit. Similiter et illa bona computanda hic veniunt, quae aliis extraneis eodem in Regiae Maiestatis Suetiae dominio, dicti Livoniae Magistri culpa, sunt erepta. Porro cum

bellum illud Serenissima Regia Maiestas Sueciae adversus Livoniae Magistrum suscipere et hactenus gerere quadam quodammodo necessitate, ob legitimam suorum defensionem, coacta fuerit, sequitur et impensarum in eo factarum rationem habendam esse, nimirum ut compensatio fiat pecuniae, in milites toto illo tempore erogatae. Similiter qui sumptus facti sunt in Arterelia seu re tormentaria. Item victualium advectorum et consumptorum compensatio, quae ad infinitam talerorum summam sese omnia extendunt. Denique hominum, tam in hoc bello quam extra id, dicti Livoniae Magistri culpa occisorum, aestimatio, quamvis ea prope modum impossibilis sit, etiam consyderanda venit. Horum restitutio omnium ubi facta fuerit, compositio et causae transactio facile fieri poterit. Sin autem duriora haec fortassis Serenissimo Poloniae Regi, clientis sui nomine transactionem facturo, videbuntur, quam ut praestari nunc illa queant, tunc ut appareat Regiam inclytae mentionis Maiestatem Sueciae aequitatem et amicam transactionem publicae pacis stabiliendae gratia non aversari, hisce etiam conditionibus tum fieri permissura est, nimirum ut in rerum ablatarum restitutionem atque iniuriarum et impensarum compensationem tradantur eius Maiestati in perpetuam possessionem tres illic arces, una cum omnibus ad illas nunc pertinentibus, puta Wittenstein, Pernow et Sonnenbergk, ita quidem, ut earundem assignatio seu traditio consensu, ratificatione et confirmatione fiat, tam Sacrae Magestatis^{a)} Imperatoriae, quam Serenissimi Poloniae Regis et aliorum, quorum consensus necessario requiri ad hoc posse videatur. Atque pax ita perpetua et firma inter Serenissimam Maiestatem Sueciae et dictum in Livonia Ordinem seu Serenissimum Poloniae Regem, qui suam in fidem et clientelam nunc Livoniam magna ex parte receperat, prout pluribus id tum explicabitur, ubi ad transactionem faciendam perventum fuerit. Datum Stocholmiae, XIII Martii Anno Christi MDLXII.

In dorso: 62 Martii 13

Copia thich conditiey kthore krol sweczki przez pana Chmielowskiego gdim go tham slal podal

a) Magestatis additum in margine

*) *Iam editum in:* Schirren, Neue Quellen
III, N. 301, p. 290.

N. 105.

s.l. [m. Martio? 1562]

Ioannes Tęczyński

ad Nicolaum Radziwiłł

nomine Ioannis ducis Finlandiae petit, ne Sigismundus Augustus rex Poloniae cessionem arcis Sonneburgensis a magistro Kettler Magno Daniae principi permittat.

(Autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Milosciwy Xiąże.

Xiąże Iego Moscz finlanczkie dowiedział się tego, ze Sonneborg, zamek, kthory ieszcze pan Mistrz thrzimal, krolowy Dunskiemu albo

brathu yego Magnussowy poddacz by umislil. A tak prossil mię, abim ku krolowy Iego Mosczi w them pissal prossacz Iego krolewską Moszcz imieniem iego, aby tego panu mistrzowoy nie dopuszczal, azeby wienczey Iego Krolewska Moszcz yemu, kthory wiecznim sluzebnikiem Iego Krolewskiey Mosczi bicz chce, anisz themu xiążacziu Magnussowy ziczic tego zamku raczil, gdisz się on o tho s panem Mistrzem łącznie ugodzicz chce, a Iego Krolewskiey Mosczi wiecznie za tho sluzicz obiecuye, czo prossą abisz wasza moszcz Iego Krolewskiey Mosczi opowiedzicz raczil.

Vaszey Mosczi Mego Miloscziwego pana
wieczni sluzebnik
Ian Tenczinski

N. 106.

Stockholmiae, 16 Martii 1562.

Ericus XIV rex Sueciae
[*universis subditis suis*]
litterae passus pro Ioanne Tęczyński.

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Wir Erich der Vierzehendt von Gotts gnaden zu Schweden, der Gotten unndt Wenden etc. konigh hiermit thun kundt unnd bekennen.

Nachdem der wolgeborne unser lieber besonder, herr Johann graf zu Dentzin etc. an uns gelangenn lassen. Dieweile er itzo einenn seiner diener inn etzlichen seinen gescheften aus unsern reichen nach Poelen abtuzenden bedacht. Wir denselbigen, damit er frei, sicher, unbehindert durchziehen und passiren muege, mit gnedigster pasportten versehen wolten. Wilchs wir ime nicht zu weigern gewust unnd gebenn ime das hiermit unnd inn crafft dies briefs, also das er stracks unnd unverzuglich fortziehen unnd sich auf dem wege keiner gescheft oder handelunge mit jemants einlassen oder underfangenn solle. Beuehlen darauf allen allen^{a)} unsern underthanen, hohes oder nidrigs stants, Ir habern dies briefs mit seinen dienern dissimall frey, sicher unnd unbehindert zu wasser unnd lande, durchziehen unnd passirenn lassenn. Daran beschicht unser beuelch, wille unnd meynung. Des zu uhrkundt habenn wir unser koniglich secrett hierunden ufs spacium wissentlich truck lassen.

Gebenn auf unserm koniglichenn schlos Stockholm, denn 16. montastagk Martij anno 1562.

In dorso: Pasbort

a) allen allen, sic in ms.

Vilnae, 26 Martii 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ioannem Tęczyński
de negotio matrimoniali sororum regis Poloniae cum Sueciae principibus
(cum adiunctis schedulis ad eandem rem spectantibus).*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae etc. Dominus et Heres.

Generose, Fidelis, dilecte. Accepimus litteras Fidelitatis Tuae, datas Abtiae X Februarii, ex quibus ea quae pertinent ad statum negotiorum nostrorum, quae istic Fidelitati Tuae tractanda commisimus, cognoscere non potuimus, si quidem nos relegabant partim ad ea, quae nobis Generosus Henricus Dunin, aulicus noster, coram referre debuit, partim etiam quae ex legatione Domini Ezechiae, Illustris Domini Ducis Finlandiae oratore,²⁾ cognituri eramus. Sed nos ea omnia maluissemus vel ex litteris Fidelitatis Tuae, vel ex sermone familiaris eius, Nobilis Domini Allamani, cognoscere. Nam Henricus Dunin non cito ad nos rediit. Dominus Ezechias vero idem nobis repetere videtur, quod antea tractabat, cum hic priore legatione nomine Principis sui apud nos fungeretur, paucis quibusdam adiectis de Illustrissimae sororis nostrae inita unione, neque his satis expeditis. Caeterum de hoc negotio, quod nos Fidelitati Tuae secretius cum Illustri Domino Finlandiae tractandum commisimus, nullam omnino fecit mentionem.

Quam ob rem mittimus Fidelitati Tuae nova mandata et novam instructionem per familiarem eius, Nobilem Dominicum Allamani, ad quam instructionem accomodabit Fidelitas Tua omnem suam legationem adhibebitque summam diligentiam, ut Illustrissima soror nostra maior maiori fratri, hoc est Serenissimo Regi Sueciae, in matrimonium locari possit. Quod si id fieri non posset, non recusamus etiam, quominus Illustrissimo Domino Duci Ostrogotiae, sed cupimus prius edoceri, quas ditiones habeat, quantum proventus anni et num et ipse sit absolutus Princeps et liber a cuiusvis superioris domini iurisdictione. Qua re diligentissime explorata et constitutis omnibus matrimonialibus articulis, tam cum Illustrissimo Domino Finlandiae, quam etiam Ostrogotiae Ducibus, rem integram ad nos referat, vel per familiarem suum Dominicum ad nos primo quoque tempore remittat, ut nos postea de conclusione totius negotii et de loco ac tempore nuptiarum constitueremus. Nolumus enim, ut antequam haec omnia stabiliantur, Illustrissimum Dominum Finlandiae Ducem aliquod iter ad nos suscipere. Tum demum autem, quum omnia confecta et conclusa fuerint et dies nuptiarum praefinitus fuerit, licebit ambobus Illustribus fratribus ad nos venire eorumque adventus nobis gratissimus exoptatissimusque est futurus. Haec nos prudentiae ac dexteritati Fidelitatis Tuae ita tractanda permittimus, ut nobis stabilis benevolentia et firma amicitia cum hac inclita familia conciliari ac plane firmari possit. Quod Fidelitatem Tuam pro fide et offitio erga nos suo facturam sedulo nobis persuademus. Datae Vilnae XXVI Marcii anno Domini 1562, Regni vero nostri XXXIII.

Schedula prima. Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium
Reverendus Dominus Myszkowski

Volumus etiam, ut Fidelitas Tua, constitutis omnibus rebus et capitibus matrimonialibus, faciat nos de ea re certiores et per litteras et per familiarem suum, Nobilem Dominicum Allamani, quem ea de causa ad nos mittat primo quoque tempore. Deinde efficiat, ut Illustris Dominus Dux Finlandiae et preterea ille Princeps, cui cessura est in matrimonium Illustrissima soror nostra Anna, mittant etiam statim ad nos oratores suos cum plenis et authenticis mandatis ad concludendum nobiscum haec omnia capita et ad praefiniendum locum et tempus nuptiis; ut cum omnia rite confecta fuerint, tum demum Illustres Principes ad nos veniant et colophonem imponant universo negotio.

Altera schedula.

Hoc etiam curae erit Fidelitati Tuae, ut ostendat Illustri Domino Duci Finlandiae pergratum nobis id accidisse, quod nobis triginta millia talerorum mutuo dederit, vicissimque nos Suae Illustritati animum gratum et memorem huius officii per omnem occasionem declarabimus. Postea vero, quum confecta fuerint omnia et conclusa, quae ad actus matrimoniales attinent, aget Fidelitas Tua cum Illustri Domino Duce Finlandiae nostri nomine, ut quam fieri possit ocissime gratificetur nobis centum millibus talerorum mutui, ut hanc summam habere possimus ante nuptias, et quam fieri possit cellerime;^{z)} quodsi tanta summa confici non possit, statim conficiatur quam fieri possit maxima, sed de hac re Fidelitas Tua nullam mentionem faciat, nisi tum, cum iam conclusa fuerint capitula de matrimonio, ne videamur causam peccuniae coniungere cum causa Illustrissimarum sororum nostrarum. Haec Fidelitati Tuae curae esse volumus.

Ad mandatum proprium Maiestatis Regiae

Petrus Myszkowski

z) Sic in ms.

*) Iam editum in: Handl. r. Sverig. p. 76-77.

N. 107a.

s.l. [m. Novembri 1561]

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ioannem Tęczyński
de articulis et conditionibus matrimonii principis Catharinae.*

(Exemplar *)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Instructio Domino Comiti a Thanczin ad Illustrissimum Dominum Ducem Finlandiae.

Nunciata nomine Maiestatis Regiae salute et rerum omnium prosperitate Illustrissimo Domino Duci Finlandiae, in hanc sententiam Dominus Comes verba facit:

Maiestatem Regiam persistere in ea sententia, quam ante per Dominum Comitem Illustrissimo Domino Duci Finlandiae aperuit. Non recusare Illustri Celsitudini eius in matrimonium Illustrissimam Principem Catharinam, sororem suam natu minorem, ea tamen lege et conditione:

Quoniam alienum est a moribus et consuetudine, iam pridem in hac Serenissima familia observata, ut minor natu soror prius quam maior in matrimonium collocetur, et si id fieret, videretur minime fore ex re et dignitate, non modo Illustrissimae Principis maioris, verumetiam totius familiae Regiae, Maiestatem Regiam acquiescere in eo, quod Illustrissimus Dominus Finlandiae Dux biennium expectare vult, dum Illustrissima Princeps Anna collocetur alicui Principi in matrimonium. Quemadmodum de hoc Maiestatem Regiam et per nuntium suum et per Dominum Comitem certiolem fecit, et tum demum Maiestatem Regiam et de tempore adventus Celsitudinis eius et de loco et de tempore nuptiarum Celsitudinem eius certiolem facturam. Nam si antea Celsitudo eius ad Maiestatem Regiam veniret, quam constitutum sit et plane conclusum de omnibus articulis ad matrimonium facientibus, et si quid postea, quod Deus avertat! existeret, quod negotium infectum atque irritum reddere posset, vereri Maiestatem Regiam, ne aliquae animorum offensiones inde emergant. Cuius rei recens exemplum Serenissimi Domini Regis Sueciae et Reginae Angliae Dominus Comes proponere poterit. Quamobrem ut omnia recte atque ordine agantur, Dominus Comes constituet cum Celsitudine Sua de omnibus articulis et conditionibus, ad quas scripta eius Celsitudini submitit.

Primum de inscriptione dotis et contradotis in certis arcibus, urbibus et possessionibus; exprimantur autem haec bona nominatim et fructus illorum annui.

Deinde in conservanda Illustrissima Principe Catharina in sua veteri religione.

Postea de conservanda eius Illustritate in eo splendore familiae, vestitus et caeterarum rerum, quae ad cultum et victum corporis atque ad ornamentum eius attinent, ut nihil de dignitate eius conditionis decedere possit.

Non pretermittet etiam, ut Illustrissimus Dominus Finlandiae Dux ratione eorum munerum, quae novae nuptiae postridie nuptiarum a novo marito dari solent, assignet Illustrissimae Principi Catharinae aliqua bona in possessionem ad vitam, ex quibus circiter duo millia talerorum percipere posset annis singulis pro tuendo mundo muliebri et comparandis rebus minutis, ad quotidianum usum necessariis.

Postremo de eo, ut Maiestati Regiae planum faciat se esse liberum Principem et solutum a cuiusvis dominio.

Deinde aget Dominus Comes cum Illustrissimo Domino Duce Finlandiae tanquam cum amico et fratre Maiestatis Regiae et qui affinitatem Maiestatis Suae tanto studio expetere videtur, ut det operam adhibeatque omnem diligentiam, ut intra hoc biennium nuptiae Illustrissimae Principis Annae confici possint cum aliquo Principe, qui genere et conditione non sit illi inferior, neque illi aliquid obstet, quominus possit hoc matrimonium contrahere.

Nam quod attinet Illustrissimum Ducem Ostrogotiae, fratrem germanum Celsitudinis eius, quem non minore benevolentia quam Illustrissimum Dominum Finlandiae Ducem Maiestas Regia complectitur, dicet Dominus Comes ne hunc quidem affinem recusaturam Maiestatem Suam, nisi vereretur, ne quid hac ratione de dignitate et existimatione Illustrissimae sororis suae maioris detrahere videretur. Nam si in uno et eodem regno minori fratri nuberet, videretur etiam minori sorori quodammodo subiici et quasi loco et dignitate sua illi decedere.

Quamobrem Maiestatem Regiam cupere, ut Illustrissimus Dominus

Finlandiae Dux velit Illustrissimae Principis Annae dignitati consulere atque eam rationem inire, per quam illi debitus honor et aetatis prerogativa integra maneat. De hac tamen re Dominus Comes non multum tergiversabitur dicetque Maiestatem Regiam cupere modis omnibus isti clarissimae familiae gratificari illiusque benevolentiam sibi omnibus rationibus conciliare.

Postremo tandem agat de mutuanda quam fieri possit maxima pecunia, ad eamque summam pecuniae mutuatae, de annueranda dote et de auxiliis contra Moschos.

Deinde de cautione pecuniae mutuatae in bonis Maiestatis Regiae, ubi Celsitudini eius commodius videatur.

Postremo de hiis omnibus, quae ad eandem rem pertinere videantur, omnia ita tractare, ut ex re, commodo et dignitate Maiestatis Regiae conficiantur, et ut inde benevolentia Maiestatis Regiae cum clarissima horum Principum familia auctior atque cumulatior existat.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

*) *Iam editum in: Handl. r. Sverig. p. 71-73.*

N. 108.

s.l. [1561?]

Ignotus

*ad socium quendam legationis Ioannis Tęczyński
refert oralem instructionem Sigismundi Augusti pro legatis suis ad
Ioannem ducem Finlandiae*

*de prospectatis matrimoniis sororum regis; de cogitato itinere Ioannis
ducis Finlandiae in Poloniam; de longiore commoratione Ioannis
Tęczyński apud ducem Finlandiae; de pecunia a duce iam praestita
et ulterius praestanda; de remediis contra periculum Moscoviticum.
(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ustne wskazanie do Ięgo Mosczy od krola Ięgo Mosczy

Primo. Domine. Ze was possylamy do pana wojewodzycza a zesmy wolyą naszą dosthathecznie yemu wypyssaly, yednak rozumieyącz ze wam nyethayno czo szyą thycze okolo sprawy szyostry naszej, thedy wam opowyemy dla thego abysczye wiedzyely czego szyą pan wojewodzycz trzymacz ma.

Nye yesthesmy przeciwko themu, ze yusz pan woyewodzycz krolewną Catharziną nyemo stharszą kxyżączziu Ianuszowy obyeczal y nye gardzimy yęgo przyasznyą y owsem yesthesmy yey wdzyączny, y thego theras przez was pothwierdzamy ea tamen conditione, thak yako sam kxiąze przez posla swęgo podal, ze ma czekacz asz krolewna Anna bandzie wydana albo zmowyona za thak godnego, do czego y sam Kxiąze obyeczal nam pomocz. W czem nye wąthpiemy ze pynnoszcz o tho czynicz bandzye. Bo z przothkow naszich nie zwyklysmy nygdy mlodszey nyemo stharszą wydawacz, czego y dzysz powynnysmy strzec, yakosz ynaczey nie godzy szyą uczinicz, any ucziniemy nye wyęczącz przeth krolewną Anną wyeczą. Thak nam myla yedna yako y druga a dokąnd stharsza bez zelzenya domu naszego nye bandzie wydaną, dothand mlodszey wydacz szyą nam nye godzy.

Znamy szyą thesz do tego, zesmy pozwołyly Kxiążacziu do nas przyechacz; przeciw themu y dzisz nye bylibysmy, gdzye bysmy z dworem swem indzye a nye thu, gdzye szyostry nasze mamy. Bo myal do Lomzy przyechacz a tham samodwoye zawarwszy szyą na pokoyu moglyszmy byly o wszysthkciem sthanowycz, alye theras ynsza, gdyby Kxiąże przyachal gdzye krolewny szyostry nasze są, nie posthanowyywszy przed them pewnye y dosthatecznye o kaszdą rzecz yako przyslusza. A zwlaszcza ze szyą nam nye godzy nyemo stharszą o mlodszą sthanowycz. Nye zyczyly bysmy kxiązacziu Iego Mosczy tego czo szią krolowi szweczkiemu sthalo, bo wiącz yako powiedayą clara pacta faciunt claros amicos. Nasza rada yesth, czego nie przetho powyedamy abysmy yusz nye byli wdzyączny przyaszny kxiązaczia Iego Mosczy, alye dla grunthownego posthanowyyenia lypyey kassek dluzey poczekacz, a wszysthko dosthatecznye posthanowycz anysz szią kwapicz, a pothem ze wszysthkiemu nicz nie myaloby bycz. Yakosz nasze zdanye, aby kxiąże Iego Moszcz poslal posly swe cum plenaria potestate ku posthanowyyenyu rzeczy wszysthkich ku themu actowy należących.

A nye moze lypszego nad Ezechiasza poslacz, kthory yusz they sprawy yesth szwadom. A o tho nam nawyączey ydzye, aby kxiąże byl wolnem kxiązacziem yako kthory z Rzeszey a zebysmy dowodnye pewną wyadomocz tego^{a)} myecz mogly. A ysz przed krolewną Anną nye godzy szyą nam mlodszy wydacz, nye wążpiemy ze yusz kxiąże Iego Moszcz, yako powynowathy nasz, bandzye szyą o tho stharal yako by sine ignominia domu naszego bandzye za takiego pomagal raycz, zeby ny w czem stharsza przed mlodszą nye byla unyzona.

A ysz possel Kxiązeczia Iego Mosczi do naszich uszu przynyos, zeby kxiąże Magnus brath yego Mosczy radby o stharszą nas pytal, yesliby mu tho pan Bog obyeczal, mayącz yusz u szyebye yednego yako drugyego, gdzyebysmy przes then czas za kogo stharszego szyostrą naszą wydacz nye mogly, a gdzyeby ukazol dowodnye bycz wolnem kxiązacziem y myecz stho dochodow, ze sam s szyebye y szyostrą naszą bes ulzenya narodu y wychowanya swego bandzye mogli yą wychowacz, gdzyeby za stharanyem kxiązeczia Iego Mosczi stharszego rayona. Czo uprzymey przyazny Kxiązaczia Iego Mosczy poruczamy pro ultima et definitiva sententia albo resolutione przeciwiwo themu, gdy indzye nye bandzye moglo bycz, aby Kxiąże Magnus swe posly s themy kthore kxiąże Ianusz do nas poszlye, poslal. Bo then Ezechias theras o them nye myal zadnego roskazanya. A thilko dowyedowane woley naszej. A nyechay czy poslowie mayą z obu stron plenariam facultatem o wszysthkyem dowodnye przed namy okazywacz y sthanowycz. A my s nyemy posthanowyywszy o wszysthkyem kxiązacziu Ianuszowy y themu drugiemu, komu pan Bog obieczal krolewną Anną, zarazem czas y myesze naznaczymy kiedy bandą myecz ku gothowemu actowy przyechacz, a thak postąpuyącz poydzye cum dignitate et authoritate thak nostra yako y Kxiązaczia Iego Mosczy; bo by theras ossobą swą myal przyechacz a yako nam dano znacze ze we Gdansku gothuyą dla gonythwy y maszkary, zaprawdą, dom nasz nye yesth po themu any thesz czas wolny do tego mamy na fest. Bo czo ynego nas dolyega a thesz by nam nye przysthalo bankethy stroycz albo dopusczych stroycz. Bo by przyczythano domowy naszemu karczemny dom, a yeslyby szyą thesz tego spodziewal, aby swoym przyasdem myal otrzymacz mlodszą^{b)} anysz starszą wydani²⁾ nye bandzye, tho a thak yakoszmy wdzyączny przyaszny yego nyechay pan woiwodzych thak mu persuadye, yakoby trochą dluzey poczekal a

o wszysthkyem dosthathecznye a pewnie posthanowyl. O czym szerzey yemu wypyssalysmy; osthathek yego wyernosczy a zyczlywosczy poruczamy, a przes vas aby nam przedthem dal o wszysthkyem znac dla tego, abysmy o wszysthkyem lyepyey wyedyzely anysz theras nam dal znac.

A pan woiewodzycz nyechay przy kxiązącziu Iego Mosczy myeszka asz poslowye bandą u nas, a pothem vedlye posthanowyyenya s themy posly, kthorzy przyadą damy znac, yesly bandzye myal kxyżą do nas na gothową rzeczy przyechacz albo czo bandzye myal daley czynycz.

Nyechay pan Grabya podzyakuyą za tho szrebro czo nam poslal, yakosz dalysmy wyznanye themu szlachczyczowoy czo s nyem przyechal; posla yescze nye odprawylsmy bo oczekawamy na respons od panow radnych, alye czo teras przes was dawamy znac, tego szyą trzymacz bandzyemy. A gdy yusz pan woiewodzycz s kxążeczziem posthanowoy, niechay by szyą sam^{c)} zeby kxiąże Ianusz przes tysz posly poslal. Za 100.000 talarow szrebra azeby dal mocz them poslom na czem by chczyal myecz ysthothą, ze zarazem y na pyrwszą summą sthanowyszy s nymy uczyniemy Kxyżącziui Iego Mosczi thaką ysthothą, na czem by Kxiąze Iego Moszcz bandzye pewyen swego.

A przeciwko Moskiewskiemu gdy ludzy nye mayą, nye baczą aby mogly rathowacz yeno pyenyądzmy.

Wyernosczy pana woiewodzyczza poruczamy, aby sive scientia nostra albo nomine zeby szyą kxiąże Iego Moszcz stharal zeby krola bratha swego do tego przywyescz zeby krolewną Anną poyal.

A yeslyby pan Bog obyczczal kxiązącziu Magnusowoy, aby thesz summam pyenyądzzy pozyczycz raczyl.

O kaszdy articul kthory affinitatem attinet dosthathecznye posthanowycz a myanowacz ymyona, dochody, latitudinem et longitudinem tamquam frequentiam.

a) superscriptum

b) in ms.: młodszy

c) lectio incerta; deest quoddam verbum?

z) sic in ms.

*) *Iam editum in: Handl. r. Sverig. p. 61-63
ubi aliqua verba minus recte lecta videntur.*

N. 109.

s.l. [1562]

[*Sigismundus Augustus*] *rex Poloniae*
ad [*Ioannem*] *ducem Finlandiae*
de cogitatis matrimoniis sororum regis Poloniae.

(*Exemplar* *)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

*Responsum Maiestatis Regiae, dattum*²⁾ *Oratori Illustrissimi Domini Ducis Finlandiae.*

Quae Dominatio Vestra in legatione sua retulit et in scripto obtulit Maiestatii Regiae, Domino nostro clementissimo, nomine Principis sui, Illustrissimi Ducis Finlandiae, ea omnia Maiestatii Sua optime intellexit facileque perspicit et singularem erga se benevolentiam Celsitudinis eius et quanto studio eius Celsitudo amicitiam et affinitatem Maiestatii eius expetere videatur.

Qua quidem ex re Maiestas Sua non mediocrem voluptatem percipit. Nam cum eam amicitiam, quae illius Maiestati cum hac clarissima familia iam pridem intercesserat, tanto sibi studio Maiestas Sua tuendam atque colendam semper putaret, ut illam in dies omnibus suis officiis auctiorem posset reddere, facere non potest,^{a)} quin eam occasionem divinitus oblatam esse existimet, per quam non modo Maiestas eius cum Illustrissimo Domino Duce Finlandiae, verumetiam utraeque familiae totaque illarum posteritas indisolubili^{z)} quodam amoris et necessitudinis vinculo invicem sibi astringantur. Quod ut Maiestas Sua Illustrissimo Domino Duci Finlandiae re ipsa testatum faciat atque prospiciat, ut constituta inter has clarissimas familias amicitia firmiores radices agere ac diuturna et stabilis permanere possit, non recusat Celsitudini eius Illustrissimam Principem Catharinam, sororem suam natu minorem, in matrimonium concedere, ea tamen conditione, cui se antea ipsa Celsitudo eius submiserat ultro: ut scilicet tantisper nuptiarum dies diferatur, donec Illustrissima Princeps Anna, soror illius natu maior, elocetur. Alienum enim esse videretur a moribus et consuetudine, iam pridem in omnibus fere Illustribus familiis observata, si in hoc negotio minor soror maiori anteponeretur, quae et lege naturae et institutis hominum in omnibus fere rebus priores partes maiori concedere debeat.

Quod autem attinet Illustrissimum Ostrogotiae Ducem, quem Dominatio Vestra secretiore legatione nuptias Illustrissimae Principis maioris appetere significavit, et simul ac Celsitudo eius certior facta fuerit de voluntate Maiestatis Regiae, illam primo quoque tempore de ea re oratorem suum ad Maiestatem Suam esse missuram, Maiestas Sua etsi videat ne hac quidem ratione dignitati Illustrissimae sororis suae natu maioris satis consultum fore, quod in uno et eodem regno minori sorori loco et dignitate inferior futura sit, tamen ut Celsitudines illarum intelligant, quanti Maiestas Sua faciat necessitudinem et affinitatem Celsitudinum Suarum, ne hoc quidem Maiestas Sua recusare vult; ita tamen, ut nuptiae Illustrissimae sororis maioris vel prius, quam nuptiae Illustrissimae sororis minoris, vel certe uno et eodem tempore celebrentur. Facit itaque Maiestas Regia hanc potestatem Illustrissimis Celsitudinibus earum, ut quando eis commodum fuerit, mittant de ea re cum plena potestate oratores suos ad Maiestatem Suam, qui et de contractibus utriusque matrimonii et de pactis, in hoc negotio observari solitis, et de loco et tempore nuptiarum, et de omnibus rebus, hoc negotium attingentibus, possint cum Maiestate Sua constituere. Quibus rebus sic confectis ac plane constitutis, tum demum ad diem praefinitum Celsitudines earum, vel ipsi per se vel per oratores suos, ad celebrandas nuptias veniant. Quibus Maiestas Regia omnia humanitatis et benevolentiae suae Regiae officia declarare studebit.

Nam quod Dominatio Vestra Illustrissimum Dominum Finlandiae Ducem ante hoc tempus ad Maiestatem Regiam iter apparare,^{b)} non videt Maiestas Sua, quorsum attineat et sumptum hunc et laborem Celsitudinem Suam suscipere, praesertim quum adhuc neque de pactis matrimonium spectantibus, neque de Illustrissima sorore maiore aliquid est conclusum, et multa saepe accidere soleant, quae maxima quaeque et gravissima negotia inficiant. Quamobrem consultius Maiestati Suae videtur, ut tum demum Celsitudo Sua una cum Illustrissimo Domino Ostrogotiae Duce ad Maiestatem Suam veniat, cum omnia confecta et plane constituta fuerint, ut uno eodemque tempore nuptiae celebrari possint.

Quod autem attinet ea negotia, quae Maiestas Sua Domino Comiti a Thenczin et Domino Henrico a Don tractanda cum Illustrissimo Domino Duce Finlandiae mandaverat, de hiis Maiestas Sua etiam atque etiam Celsitudinem Suam petit, ut cum Serenissimo Rege Sueciae diligenter agat persuadeatque Serenitati eius, ut in eo negotio declarare velit, quanti faciat amicitiam Maiestatis Suae.^{c)}

Perfertur enim ad Maiestatem Suam maiores in dies motus et conatus fieri a militibus Serenitatis eius, qui sunt Revaliae contra Maiestatem eius ac ditiones Maiestatis eius. Id ne fiat, non modo ad eam affinitatem quae nunc tractatur, verumetiam ad pristinam amicitiam et bonam vicinitatem vehementer pertinere videtur. Cuius quidem amicitiae amicis longe maximam rationem Maiestas Sua habendam esse putat.

De mutuata autem pecunia et de mutuanda longe maiori quod tam benigne agat Celsitudo eius cum Maiestate Regia, est id Maiestati Suae vehementer gratum ac iucundum facileque in eo agnoscit summam erga se Suae Celsitudinis benevolentiam; a qua petit, ut quod porro pollicetur, id re ipsa praestet primo quoque tempore et per suum aliquem internum quam fieri posset maximam summam Maiestati eius mutuo mittat. De qua quidem summa libenter Sua Maiestas caveret Celsitudini eius in hiis bonis et arcibus Livoniae, ut Celsitudo eius postulat, nisi vereretur, ne ea res inter has Livoniorum angustias et difficultates aliquorum animos offenderet, praesertim quod in hiis arcibus maxima vis et praesidium situm^{z)} est ad propulsandos a Livonia hostium insultus.

In aliis tamen arcibus, in quibus non est tantum momenti, ut pote Duneburk, Rositen, Luden, vel in aliis bonis intra vel extra Livoniam, Maiestas Sua ita cavebit Celsitudini eius, ut omni ex parte eius Celsitudini prospectum fiat eoque nomine Celsitudini eius plurimum se debere profitebitur.

Quod reliquum est, Maiestas Regia precatur Celsitudini eius salutem plurimam et rerum omnium prosperitatem, uti amico et fratri suo charissimo, cupitque, ut illius Celsitudo omnia sibi boni amici et vicini officia de Maiestate Sua polliceatur. Idque Dominatio Vestra Celsitudini eius verbis Suae Maiestatis nuntiabit.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

a) facere non potest *repetitum*.

b) *hic in ms. verbum: scribit vel aliud eiusmodi omissum videtur.*

z) *sic in ms.*

c) *sequuntur verba linea circumducta: Pan Dominik prziachal ultima aprilis. Joannes secretarz po nyem prima May.*

*) *Iam editum in: Handl. r. Sverig. p. 78-80.*

N. 110.

s.l. [m. Martio? 1562]

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ioannem Tęczyński
instructio ad legationem apud Ioannem ducem Finlandiae de negotio matrimoniali sororum regis.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Tayemne poselstwo panu Grabi s Thenczina od Iego Krolewskieg Mosczy do kxyżącyzcha Finlanczkiego zliczone.

Acz posła kxyżączya Finlanczkiego odprawyono s them na then czas, ysz Iego Krolewska Miloscz chuthliwem raczy bycz ku sthanowyenyu they przyaszny s Kxyżącziem Iego Mosczią, o kthorą szyą przez posly swe u Iego Krolewskiey Mosczy sthara, yedno mlodszey szyostrzy nymmo starszą dacz by Iego Krolyewska Myloscz nye chciał, dla zelzenya krwyie y familiey swey krolewskyej, a wszakze ysz yescze zupełney odpowjedzy na tho posel then nye odnyos. Bo them zamknąc Iego Krolewska miloscz wszysthko raczył, ysz w richlu dacz zupełniejszą odpowiecz obyczal in hoc negotio przes własnego posła swego.

Powye pan grabya, ze diya thego yesth ku kxyżączyu Iego mosczy poslan, aby y thego pothwierdził wszysthkiego, yako raczy bycz Iego Krolewska myloscz sklonnem do thego, aby tha przyaszn doszła, na kthorą szyą zanoszy, wydząc zwłascza z yakiem sercem y z yakyemy myslamy stharacz szyą o nyą kxyżą Iego moscz raczy, a k themu znayącz, ze tho złączenie thakye y spowynowaczenie czyągnie za sobą nyemaly pozythek oboygą pansthw thak Iego krolewskiey mosczy, yako thesz y kxyżączya Iego mosczy y proszył thesz przy them, aby thego Kxyżącza Iego myloscz nye myal u szyebye za repulsą, ysz szyą Iego Krolewska myloscz oczyąga dacz zan mlodszey szyostrzy swey a gdysz yescze stharsza nye yesth wydana. Bo then obyczay byl zawszdy in familia regum Poloniae malo nye od wyekow, ysz ordinem et legem naturae w them chowano y theras Iego krolewska miloscz zwyczayu thak dawnego y chwalebneho zlamaczby na sswych szyostrach nie chciał, gdysz yednako obiema yesth powynien k themu yescze, ysz wielie kxyżąth y wloskich y nyemyeczkich stharalo szyą thesz o tho yescze za mathky krola Iego Mosczy y theras yusz po yey szmierczy, podawayącz nyekthorzy nyemalich y barzo uzythecznych condicij, alye szyą krol Iego moscz do thego przywyescz dacz nygdy nie chciał, aby mlodszą szyostrą nyemo stharszą wydacz myal y rozumycz tho raczy o kxyżączyu Iego mosczy Finlanczkiem yako o panu mądrem, ze przymye tho wszysthko in eam partem a bandzyely wolya yego rad, zanyem krol Iego Moscz stharszą szyostrą swą wydzyecz bandzye.

Thu nychay pan Grabya thak slowa wszysthky swe utemperuye, aby in isto primo congressu nye dal thego znac kxyżącziu Iego Mosczy praecise, ysz krol Iego Moscz mlodszey szyostrzy swey zan dacz nye chce, aby pothem od they przyaszny nye wspachnął,^{a)} alye gladkyemy slowy y raciamy aby tho okazowal sprzodku, yako tho yesth rzecz Iego Krolewskiey mosczy y thrudna y nyezwyeczayna.

Pothem yusz nye yako posel alie yako privata persona, yesly szyą kxyżą Iego miloscz in sermonem familiarem liberius s nyem wda, bandzie do thego wyodl y czyągnal kxyżą persuasiamy swemy, aby in connubio na starszey krola Iego mosczy szyosthrze przesthawal. Alye gdzyebye yusz kxyżą Iego miloscz perstaret in sententia et proposito suo, ze nie chce, yeno mlodszey krola Iego Mosczy szyosthry, thedy na konczu yusz a prawye na zegnanyu powye tho pan grabya, czo z usth krola Iego Mosczy słyszal, aby Kxyżą Iego moscz znal yako przyaszny yego u szyebye wazyecz Iego Krolewska myloscz raczy, thedy yusz y thego czego ynem odmawyal yemu nye odmawya, aby dacz zan mlodszey swey szyosthry nye myal, wszakze ea conditione, gdzyebye pyerwey zyednal tho, yako thu przes swego posła wskazal, aby thesz zarazem y stharsza Krolewskiey Iego Mosczy szyosthra za yakye kxyżą zaczne wydana.

a) pro: wspaknął.

*Ioannes dux Finlandiae
ad Ioannem Tęczyński
ad legationem in negotio matrimoniali sororum regis Poloniae respondet.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Responsum Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Ioannis, Dei gratia Regni Sueciae hereditarii Principis et Ducis Finlandiae, recitatum ad Illustris et Magnifici Domini Comitis a Thenczin, nomine Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Legationem.

Illustris et Magnifice Domine Comes.

Illustrissimus et Excelentissimus²⁾ Princeps Finlandiae Dux Sacrae ac Serenissimae Regiae Maiestati Poloniae, Domino et amico suo observandissimo, magnas et ingentes agit gratias, quod Sua Maiestas, pro sua Regia benignitate, Suam Illustrem Celsitudinem per Vestram Illustrem Dominationem tam benignis et amicis verbis salutare omnemque rerum prosperitatem praecari dignata est. Unde Sua Illustris Celsitudo Sacrae Regiae Maiestatis benevolum et propensum erga se animum facile intelligit. Cui vicissim salutem incolumem ac diuturnam, cunctis foelicitatibus affluentem sanitatem et omnia fausta ex animo praecatur atque se cum offitiis omnibus et bene merendi studiis in gratiam quam diligentissime commendat. Agit deinde magnas atque immortales gratias Suae Maiestati, quod Suae Illustris Celsitudini Illustrissimam Principem Catharinam, sororem suam natu minorem, in matrimonium, primum per Oratorem Suae Celsitudinis, ac deinde per Vestram Illustrem Dominationem, locaturum se promittere, ac demum nunc illud ipsum, nova legatione Vestrae Illustris Dominationis missa, responsoque Oratori Suae Illustris Celsitudinis dato, approbare et ratificare dignata est. Quo quidem beneficio et amicitiae vinculo adeo se obstrictum Maiestati Suae Illustrissimus Princeps agnoscit, ut illud omni bene merendi studio, quoad vixerit, relaturum sancte polliceatur. Caeterum, quod attinet conditiones, per Vestram Illustrem Dominationem nomine Sacrae Regiae Maiestatis propositas, Celsitudo Sua Illustrissima aequo animo accipit atque ad singulares sic responsum dedit:

Primum, quod alienum esse a moribus et consuetudine in Serenissima et inclita Poloniae Regum familia, iam diu observata, Vestra Illustris Dominatio prolixioribus verbis commemoravit, ut prius minor natu soror quam maior in matrimonium daretur et ut Illustrissimus Princeps biennium expectet, donec Illustrissima Princeps Anna alicui Principi, genere et conditione non inferiori, nubat; similiter etiam, ut Sua Illustris Celsitudo interim se a profectione in Poloniam instituta absteineat, donec per Suam Maiestatem de loco et tempore nuptiarum certior fiat; idque iustis de causis, exemplis recentibus confirmatis, Suam Maiestatem fieri velle dixit.

Quemadmodum in aliis negotiis, ita in hac etiam deliberatione agnoscit Illustrissimus Princeps summam prudentiam et sapiens consilium Suae Maiestatis, quod non solum de suae inclitae familiae Regiae honore et dignitate, sed etiam de Illustrissimi Ducis Finlandiae et fratris Celsitu-

dinis Suae existimatione sollicitam esse Maiestatem Suam futurisque rebus prospicere considerat.²⁾

Cui quidem sententiae Illustrissimus Princeps acquievisset, si Regiae Maiestati omnino ita visum fuisset atque sine Illustris Celsitudinis Suae detrimento fieri potuisset, quemadmodum per moram in matrimonialibus causis fieri solet. Cum autem haec per Maiestatis Suae posterius responsum abolita sint, conatur Sua Illustris Celsitudo in eo responso, tanquam magis optato rebusque suis prospecto, conquiescere. In quo Sua Maiestas facultatem non solum Illustrissimo Principi Finlandiae Duci, verum etiam Illustrissimo Ostrogotiae Duci, Celsitudinis Suae fratri, maioris natu Suae Maiestatis sororis matrimonium ambientem et petenti, Oratores, quandocunque commodum Suis Illustribus Celsitudinibus fuerit, ad Maiestatem Suam mittendi cum plena potestate contrahendi matrimonii, utriusque Principis nomine, et pacta in hoc negotio observari solita concludendi deque loco et tempore nuptiarum statuendi dedit et concessit. Pro qua quidem benignitate et clementia erga Suas Illustris Celsitudines exhibita Illustrissimus Princeps Finlandiae Dux, suo et Illustrissimi fratris sui nomine, gratias ingentes Maiestati Suae agit polliceturque Sua Celsitudo, suo et Illustrissimi fratris sui nomine, id omni obsequiorum genere Maiestati Suae relaturum.

Quod praeterea inscriptionem seu cautionem dotis et contradotis attinet, eam se Illustrissima Celsitudo Sua in arce Castelholm et Comitatu seu insula Alandiae, cum insulis ei adiacentibus, et in civitate Ramo et parrochiis caeterisque terris ad eum pertinentibus, versus septemtrionem in Ducatu Finlandiae sitta,²⁾ cum omnibus singulis fructibus, redditibus, curiis, censibus, vectigalibus, obventionibus, frumentis, piscaturis, venationibus, peccoribus,²⁾ lacticiniis aliisque omnibus utilitatibus, quemadmodum Illustrissimus Princeps quotannis ex hiis percipere solet, cavere et inscribere promittit in ea forma, quae inter Principes est usitata, Sacrae Regiae Maiestati Poloniae sufficientem esse Illustrissimus Princeps sperat.

Cuius quidem Comitatus seu insulae Alandiae aliarumque minorum ad eam pertinentium insularum et civitatis Ramo terrarumque illi subiectarum proventus annui extendunt se ad decem millia talerorum; ad quam summam pecuniarum²⁾ explendam, si quid deesse ex rationibus compertum fuerit (quod Illustrissimus Princeps non sperat), istum defectum Sua Illustris Celsitudo ex aliis redditibus suis impleturam se pollicetur, ut eo maiorem affectum et observantiam erga Sacram Maiestatem Poloniae et inclitam eius familiam testari possit.

Iam vero quantum ad munera, quae novae nuptiae postridie nuptiarum a novo marito dari solent, et si sua omnia communia cum Illustrissima sua futura coniuge habiturum se promittit, tamen ut et in hac quoque parte suum affectum²⁾ et grati animi significationem testari possit, nempe quod clara pacta claros faciunt amicos, addidit Sua Illustris Celsitudo duobus millibus, a Domino Comite nomine Regiae Maiestatis Poloniae postulatis, adhuc mille taleros. Et pollicetur Illustrissimus Princeps se dyplomate²⁾ suo capturum atque ad vitam Illustrissimae Principis Catharinae tria millia talerorum annui redditus in certis bonis (quae Sua Illustris Celsitudo nominabit) praedicto Comitatu Alandiae civitatisque Ramo et terris ad eam pertinentibus assignaturum. Quae quidem tria millia talerorum Sua Illustritas a tempore nuptiarum ad extrema suae vitae tempora ex praedictis bonis, per Suam Celsitudinem nominandis, pro mundo muliebri et comparandis rebus minutis, ad usum quotidianum necessariis, percipere et tollere quotannis poterit.

Praeterea de religione, in qua Illustrissima Princeps Catharina nata et hucusque educata est, permittit Illustrissimus Princeps, ut Illustrina Sua in eadem permaneat, promittitque Illustritatem Suam in eo splendore familiae, vestitus et ^{a)} aliarum rerum, ad corporis cultum, victum ^{b)} et ornamentum pertinentium spectantiumque, conservare et providere velle, sicuti tanti Regis filiam et tanti fratris Regis sororem tantaque familia genitam virginem conservari et honorari par est.

Ut vero Illustrissimus Princeps se liberum Principem et a cuiusvis superioris dominio (excepto quod Ducatus Finlandiae Regno Sueciae incorporatus sit) absolutum demonstret, id iam abunde declaravit Illustris Celsitudo Sua dyplomatibus, Illustri Dominationi Vestrae exhibitis, quorum primum donationem Serenissimi olim Principis Domini Gustavi, Dei gratia Suecorum, Gottorum Vandalorumque Regis, Celsitudinis Suae patris charissimi, super Ducatum Finlandiae et terras ad illam pertinentes, liberaliter concessas, continebat. Ex binis deinde confirmationis litteris Serenissimi Principis Erci Decimi Quarti, Regis Sueciae moderni, Suae Celsitudinis fratris, quae ratificationem in forma amplissima et approbationem praedictae donationis paternae includunt, tum ex litteris, sigillo Serenissimi Regis moderni et omnium consiliariorum, nobilium et procerum, Regni Sueciae incolarum, sigillis obsignatis, ex quibus constat non solum liberum Principem Celsitudinem Suam, verum etiam ad successionem in Regnum Suedicum proximum esse, deficiente scilicet prole masculina Regia Illustrissimi moderni Regis Erci, fratris sui charissimi. Quorum omnium dyplomatum copias Illustrissimus Princeps Oratoribus suis ad Regiam Maiestatem Poloniae perferendas tradidit, ipse alioqui originales litteras allaturus Suaeque Maiestati exhibiturus est. Quod similiter Illustrissimum Ostrogotiae Ducem facturum esse Celsitudo Sua non dubitat, quem pares fere ditiones et redditus habere constat, quodque pariter atque Illustrissimus Finlandiae Dux liber sit, sicuti Illustrissima Celsitudo Sua per Oratores suos, tum etiam per se ipsam Sacrae Regiae Maiestati planum facere curabit parique ratione de dote in certis possessionibus suis caeterisque rebus omnibus eodem pacto, quo Illustrissimus Finlandiae Dux pollicitus est curare.

Postremo Vestra Illustris Dominatio nomine Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae gratias egit Illustrissimo Finlandiae Duci, quod Suae Maiestati triginta millia talerorum mutuo dederit, gratamque et memorem offitii huius, ab Illustrissimo Principe praestiti, Maiestatem Suam per omnem occasionem fore dixit. Deinde eiusdem Maiestatis nomine peciit,²⁾ ut porro Suae Maiestati centum millibus talerorum gratificaretur et eam pecuniam quam fieri possit cellerrime ²⁾ Maiestati Suae mutuo per nuntium suum mittat.

Respondet Illustrissimus Princeps se pro suo studio et observantia, qua erga Suam Maiestatem addictus est, libenter illam pecuniam prius misisse atque etiam nunc centum millia talerorum Oratoribus suis ad Suam Maiestatem perferenda tradidisse. Neque in hiis solum, verum etiam aliis in rebus Maiestati Suae se gratificaturum benevolo animo pollicetur. Porro de cautione mutuatae et iam nunc missae pecuniae, quibus conditionibus ab Illustrissimo Principe data fuit, similiter et de annumeranda dote ad hanc summam Illustrissimus Princeps Vestrae Illustri Dominationi coram retulit suam sententiam et legatis suis super hoc concludendi facultatem dedit.

Ultimo de auxiliis contra Moschos Illustrissimus Princeps ipse cum Sacra Maiestate Regia Poloniae, ubi ad aulam ipsius Maiestatis pervenerit,

verba faciet. Similiter etiam negotia, quae Vestrae Illustri Dominationi et Domino Henrico a Don commissa erant, quanta diligentia apud Serenissimum Sueciae Regem, fratrem suum, promovere studuerit et hucusque promoveat, Vestra Illustris Dominatio testari poterit, nempe quod nullam Sua Illustris Celsitudo occasionem praetermittere vellet, qua non Regiae Maiestati libenter gratificaretur et animum suum candidum et sincerum ad omniaque officia paratissimum testaretur. Cui plurimam salutem, foelicissimis successibus perennique gloria auctam, Illustrissimus Princeps precatur atque hoc responsum ad Suam Maiestatem transmitti ac sua officia studiaque diligentissime in gratiam Suae Maiestatis commendari postulat.

Ioannes Princeps

In margine superiore manu Paselick: Concernit hoc responsum matrimonium contrahendum a Duce Finlandiae cum sorore Regis Poloniae, ita ut datum sit ante initium belli.

a)-b) *In ms. haec verba repetita et expuncta.* *) *Iam editum in:* Handl. r. Sverig. p. 87-91.
z) *sic in ms.*

N. 112.

Vilnae, 17 Aprilis 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ioannem Tęczyński
de missione eiusdem ad regem Sueciae.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus rex etc.
Generose fidelis dilecte.

Wyrozumielychmy z lystu waszego o gothowanyu krola szweczkiego przeciwko nam albo przeciwko poddanem naszym z Ifflantow, czo nam iest za wielkie podzywienie. Bosmy my nygdy yemu przyczini nye dali yakey nieprzyazny a yeslyby poddany nasz yemu byly czo vynny, my yestechmy gothowy sprawiedlywosc uczinicz, yako szyą godzy a yako przysthoy panu chreszianskiemu a themu, kthory pragne zachowacz dawną przyaszn y dobre sąszyesthwo z krolew szweczkim. A izechmy vyrozumiely zeby krol szweczky rad z namy o tych rzeczach tractowal, gdzie byszye wy myely od nas na thą^{a)} tractatum plenum mandatum: possylamy wam credens do crola Szweczkiego a wy do niego yedzczye, a stharayczie szyą abyschie go w dawney przyazny przeczywko nam a w dobrem sąsziesthwy uthwierdzily przelozywszy mu czo by zlego urosch moglo gdzie by nam myalo ku walcze przyscz na czo wam possylamy instructią wedlie kthorey szyą sprawyacz bandzieczie y czokolwyek rozumiecz bandzieczie potrzebnego ku uspokoyenyu thamthey strony od Iflanthow thego nye zaniechayczie: my bych my sobie thego nie zyczyly aby przes przycziną naszą myalo bycz

yakye rozlyanie krwie chrzesczianskiey alie bych my thesz tho radzy wydziely aby poddany nasz y w pokoyu od postronnych sasz yad zachowany.

Czo szyą thycze sprawy kxiążęczia Fynlanczkiego o kthorego przyaszny y chuczy przeciwko nam nye wążhpymy, dalychmy wam dosthatheczną nauką przez Dominika slusebnika waszego, kthorey my odsthampicz nie chcemy y owszem yesthechmy na them, aby kxiąze Iego Mocz Finlanczky uznał uprzeymą zyczywosc a przyaszn naszą przeciwiwo sobie, kthory thesz rozumyemy themu, ze wam bandzie na dobrej pomocy ku thym tractatom s krolem szweczkim.

Datum Vilnae XVII Aprilis Anno 1562 regni nostri XXXIII.
Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium.

a) *Hic sequitur verbum expunctum*: instrukcją.

N. 113.

s.l. [Vilnae, 17 Aprilis 1562]

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ericum XIV regem Sueciae
instructio ad legationem Ioannis Tęczyński.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Legatio Domino Comiti a Thenczin nomine Maiestatis Regiae ad Serenissimum Regem Sueciae.

Salute dicta Serenissimo Regi Sueciae nomine Maiestatis Regiae, Dominus Comes in hanc sententiam orationem instituet:

Perlatum esse ad Maiestatem Regiam multis et non obscuris sermonibus Serenissimum Dominum Regem Sueciae bellum in Livoniam magnis viribus et copiis apparare.

Quod etsi Maiestati Suae incredibile videatur, ut Serenissimus Rex, nulla unquam lacessitus iniuria a Maiestate Sua, neglecta veteri amicitia, quae illi et maioribus eius cum Maiestate Sua intercessit, aliquid infestum cogitare debeat iis, qui sunt ditioni Maiestatis eius subiecti, non visum tamen esse Maiestati Suae hos rumores et sermones hominum omnino contemnere ac pro nihilo ducere.

Cum enim Maiestas Sua in rebus humanis nihil praestantius esse putet, nihil ad retinendum imperium firmiter ac diuturnius, quam benevolentiam non modo Principum, sed etiam privatorum hominum, ad eamque rem omnia studia, omnem diligentiam, omnes etiam suas opes impendat, ut ametur potius quam metuatur, non modo a suae ditionis subiectis hominibus, sed etiam ab omnibus finitimis populis, nollet etiam Maiestas Sua aliquid de hoc studio remittere in retinenda ea amicitia, quae Maiestati Suae iam pridem cum eius Serenitate intercessit et quam Maiestas Sua omnibus suis offitiis potius augendam, quam de ea aliquid per negligentiam diminuendum esse cupiat, praesertim quod non ita pridem binas litteras acceperit Maiestas Sua a Serenitate eius, in quibus

non modo nulla significatio apparuit infesti animi Serenitatis eius, verum etiam tam manifesta indicia singularis amoris et benevolentiae in Maiestatem Suam, ut sibi omnia summa de Serenitatis eius benevolentia, vel saltem ex hiis litteris, Maiestas Sua polliceatur.

Quamobrem referet haec Dominus Comes Serenitati eius perlata esse ad Maiestatem Suam, eaque Maiestati Suae magnae admirationi et praeter omnem opinionem accidisse, quandoquidem Maiestas Sua est sibi optime conscia nullam unquam occasionem offensionis dedisse Serenitati eius, et Serenissimus Sueciae Rex procul dubio novit Livonios se et sua omnia ditioni Maiestatis Suae subiecisse.

Quod si quid sit, in quo se Serenitas eius offensam esse putet a Livoniis, Maiestatem Regiam esse paratam pro offitio pii et Christiani Principis et pro ea benevolentia, quae Maiestati Suae cum eius Serenitate intercessit, iustitiam administrare et ratione potius ^{a)} atque amice, quam armis controversiam sopire.

Quod si Serenitas eius, neglecto offitio pii et Christiani Principis spretaque bona vicinitate et amicicia mutua, temere, quod non sperat Maiestas Sua, aut aliqua privata cupiditate adducta, velit Livonios infestare, Maiestatem Suam facere non posse, pro offitio suo Regio, quin eos omni ratione tueatur, daturamque, Deo authore, omnem operam, ut quemadmodum alienarum rerum nunquam fuit appetens neque propterea amiciciam cuiuscunque aut communem hominum societatem unquam violavit, ita ab hiis, qui ultro fidei ditioni Maiestatis eius sese subiecerunt, vim et iniuriam impulsare possit.

In hanc sententiam Dominus Comes aget cum Serenissimo Rege Sueciae dabitque operam, ut inter Maiestatem Regiam et Serenissimum Regem Sueciae bona vicinitas et vetus amicicia firma inviolataque permaneat.

Sigismundus Augustus Rex.

a) In ms. verbum quam expunctum.

N. 114.

Stockholmiae, 12 Maii 1562.

Ericus XIV rex Sueciae

ad Sigismundum Augustum regem Poloniae

de magistro Livoniae vehementer conqueritur et adventum legati expostulat.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ericus Decimus Quartus, Dei gratia Suecorum, Gottorum, Vandalarum Rex. Serenissimo Principi Domino Sigismundo Augusto, eadem gratia Poloniae Regi etc. Salutem et prosperitatem.

Serenissime Princeps, Frater, Vicine et Amice charissime.

Perlegimus responsum Serenitatis Vestrae super litteras nostras Idibus Ianuarii scriptas, quod cum aequitatem magnam prae se ferre videatur, nobis maxime placuit. Inprimis laudamus Vestrae Serenitatis dili-

gentiam in adhortando Magistro Ordinis ad restitutionem nobis faciendam et offensas nobis illatas placandas. Quod autem Serenitas Vestra dicit se hactenus ignorasse, quibus in rebus nos offenderit, id maxime miramur, cum toties ea de re ad ipsum sit scriptum, plurimum autem eo tempore ante bellum susceptum contra ipsum. Et non solum modo litteris, verum etiam per legatos suos proprios saepius fecimus eum admoneri, ut restitutionem honorum nobis abreptorum faceret: alioquin iustis mediis (fortassis durioribus), more Principum, nostrum damnum essemus recuperaturi. Si Vestram Serenitatem hoc celavit, parum prudenter fecit. Sin autem non intellexit, oportuit eum prorsus surdum fuisse. Quum etiam adhuc si quis causas inimicitiarum harum ignoraverit, ex nostra declaratione aperta, quam fecimus ipsi Magistro et adhuc in posterum facere decrevimus, liquido intelligere poterit nos ob leves et iniustas rationes non intulisse ipsi arma, sicuti etiam nulli Principum unquam fecimus aut facere decrevimus. Verum hoc nobis valde displicet, quod cum Serenitas Vestra sit hortata ipsum Magistrum Ordinis, et Ducem ab Olyka, ut benevolentiam nostram sibi conciliarent, pacem et boni vicini iura coleant, quod ab illis mandatum Serenitatis Vestrae adeo neglectum sit. Nam profecto tantum abest illos Vestrae Serenitati obedientes fuisse, ut potius maximis convitiis et criminationibus, quam concilianda benevolentia, nos irritare sunt conati. Verum quidem est saepius inducias simulasse, ut eo facilius nostros conatus procrastinando tempore eluderent.

At nihil minus, quam veram pacem, unquam cupiverunt. Quantum attinet ad responsum ipsius Magistri Vestrae Serenitati datum, non videmus illum usque adeo esse sollicitum eo, quod nos offenderit, sed potius ut suam causam iniustam tueatur, hominibus facere velle, quod quidem ex rescripto nostro latius ad illum, cuius exemplar Vestrae Serenitati prope diem simul transmissuri, facile constabit. Quod autem credit Serenitas Vestra nos delatoribus et nebulonibus aures patulas praebere et sine ulla graviore causa ex eorum consilio adversus Magistrum Ordinis arma suscepisse, id longe secus se habet. Nam considerantes officii nostri dignitatem et auctoritatem, videtur nobis absurdum illorum iudicium approbare et quasi ex illorum sententia pendere, cum alioqui satis constat, nec quisquam ignorat nos debere subditos nostros, ne iniuriam patiantur, tueri. Et quicquid contra Magistrum Ordinis est susceptum, potissimum ea propter accidisse, quod subditos nostros ab omni hostilitate tutati simus. Ac quamvis multi Principes, qui parum aut nihil de Republica sint solliciti, inveniantur, atque ab adulatoribus et obtrectatoribus sibi iugum imponi patiuntur nihilque quicquam nisi ex illorum sententia determinare audent, in summum Rempublicam discrimen deducentes, attamen in illorum numero (Deo volente) non invenimur, sed illud genus hominum veluti publicam pestem semper odimus. Non credat Vestra Serenitas nos libenter velle, quod nostra culpa aliqua controversia inter nos et Vestram Serenitatem eveniat, quia potius semper pacem et concordiam cum omnibus Regibus colere statuimus, si nobis et nostris iniuria non fiat, ut qui haec habeamus a Maioribus nostris persuasum, omnia prius quam armis experiri sapientem debere. Cum autem Vestra Serenitas praedictum Ordinis Magistrum suum Vasallum agnoscit (in quo quidem illi gratulamur), ut Vestra Serenitas intelligat, quam simul amantes pacis, quantumque Vestrae Serenitatis nomine facere decrevimus, totusque orbis percipiat, quam a bellis, quae Reipublicae Christianae incommoda coniuncta habent, abhorreamus. Volumus, si ita Vestrae Serenitati videtur, sicut etiam sese offert de pace transigi, itaque petimus^{a)} Illustrem Comitem a Thencin

quam citissime ad nos ablegari plenaria cum potestate agendi nobiscum de conciliatione, quandoquidem iam dimidium itineris confecerit, ut eo citius omnes res transigi possint. Nos omnem dabimus operam, ut totus mundus videat per nos non stetisse, quominus res ad^{b)} concordiam et pacem pervenerit, quin etiam ad petitionem Vestrae Serenitatis, ut videat Vestra Serenitas nos velle sibi gratificari, quamvis inde haud mediocre rerum nostrarum detrimentum ad nos redeat, cum saepius hoc concessimus, nec quicquam eorum, quae promissa erant, secutum sit, tum nostrorum conatum^{c)} tantum elusio atque ludificatio, inducias ad diem festi Nativitatis Ioannis Baptistae proximi concedimus, permittimus et approbamus. Ut scilicet ab utraque parte, nempe a nobis aut nostris, neque a Vestra Serenitate aut Magistro Ordinis aut vestris quicquam hostile in alterum attentetur aut procuretur, sed sit a bello et armis integra cessatio. Quod si intra illum diem nemo fuerit ablegatus, cum nostrorum negotiorum ratio longiorem procrastinationem nullo modo ferat,^{z)} speramus futurum, ut omnes facile videant nos nihil aliud quam deludi, nemoque vitio nobis vertat, si tunc licitis et ea in re consuetis mediis nostrum ius prosequimur, eventum Deo Optimo Maximo, iusto iudici, commendantes. Quem oramus, ut Vestram Serenitatem conservet incolumem. Datae ex Regia nostra Stokholmia, die XII mensis Maii anno Domini MDLXII.

a) *Lectio incerta.*

b) *in ms. ac*

c) *sequitur verbum tantum expunctum.*

z) *sic in ms.*

N. 115.

Habi, 20 Maii 1562.

[*Ioannes Tęczyński*]

[*ad Ericum XIV regem Sueciae*]

remittit iter in Sueciam sibi a [Sigismundo Augusto] commissum, donec res de oppugnatione Pernoviae a rege Sueciae explicetur.

(Conceptum?)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra ac Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine mihi clementissime.

Perpetuis obsequiis meis Vestrae Sacrae Maiestati commendatis, salutem incolumem Regnique foelicissimos successus ex animo opto.

^{a)} Etsi ante per omnem occasionem ad Vestram Sacram Maiestatem venire studui, uti iis, qui secundum Serenissimum Poloniae Regem neminem, praeterquam Sacram Maiestatem Vestram sibi colendam et observandam instituerim, ita nunc multo maiore cum desiderio ad eandem, acceptis nuper^{b)} ab Regia Maiestate Poloniae litteris et certis mandatis, ad Vestram Maiestatem proficisci cupiebam, ut et desyderio^{z)} meo et Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae mandato satisfacere^{c)} et magis copiosum mandatum super eo responso, quod mihi per servitores meos Sacra Maiestas Vestra dare dignata est, quod propter tardum difficilemque permixtum transitum nuncii segnius^{d)} adfertur, habere possem. Verum cum praeter spem meam intellexissem,^{e) f)} Praefectum Sacrae Maiestatis

Vestrae Revaliensem, Nicolaum Christierni,^{g)} ad oppugnandum^{z)} Pernoviam ditionis Serenissimi Principis mei cum apparatu bellico profectum esse, quae res quoniam hostilis magis quam amici Principis signum manifestum prae se fert, continere gradum hic sum coactus, donec ab Sacra Maiestate Vestra aliquid certi accipiam, num haec iussu Sacrae Maiestatis Vestrae, quod ego minime credo, fiant, necne. Et an iubeat isthuc me ad se cum legatione a Sacra Regia Maiestate Poloniae^{h)} mihiⁱ⁾ commissa venire.

Quare ab eadem peto, ut ea de re per hunc meum servitorem, quem hac de causa^{j)} ad Sacram Maiestatem Vestram mitto, primo quoque tempore me certiores reddere^{k)} atque huic ipsi Praefecto mandare dignaretur, ne quid contra Serenissimum Poloniae Regem tentare intra id tempus audeat. Certo enim mihi persuadeo Sacram Maiestatem Vestram ex amicitia Serenissimi Poloniae Regis, Domini mei clementissimi, et ex mutuo amore plus voluptatis et emolumenti accepturum, quam ex incerto belli eventu aliquando sperare queat. Ut inde ad Sacram Maiestatem Vestram recta ire eo celerius et de his, quae mihi commissa sunt, agere queam. Cui his me et obsequia mea perpetua in gratiam Sacrae Maiestatis Vestrae commendo. Datum Habbo XX Maii anno Salutis MDLXII.

- | | |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| a)-f) <i>totum hoc fragmentum in ms. expunctum est.</i> | g) <i>Christierni alia manu superscriptum pro Christiani expuncto.</i> |
| b) <i>nuper superscriptum legitur pro expunctis verbis: nudius tertius</i> | h) <i>correctum ex: per Sacram Regiam Maiestatem Poloniae</i> |
| c) <i>supra alia manu scriptum apparet verbum, quod non legitur.</i> | i) <i>mihi in ms. alia manu adiunctum.</i> |
| d) <i>segnius alia manu pro expuncto: tardius superscriptum.</i> | j) <i>hac de causa pro expuncto: data opera alia manu superscriptum.</i> |
| e) <i>cum praeter spem meam intellexissem superscriptum pro expunctis verbis: praeter spem meam accidit, ut redditus sim certior. Correctio alia manu facta est.</i> | k) <i>in ms. in margine tria verba alia manu adscripta: incipe: Maiestatem Vestram</i> |
| | z) <i>sic in ms.</i> |

N. 116.

[Habi, m. Maio 1562]

[Ioannes Tęczyński]

[Friderico II regi Daniae]

de difficultatibus in adventu suo exortis se excusat.

(Conceptum. Cfr. nr. praecedentem)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Etsi id semper in animo habui, ut et voluntati Maiestatis Vestrae Serenissimae et desyderio meo satis facerem et primo quoque tempore ad Maiestatem Vestram Serenissimam venirem, sed quoniam^{a)} nullum mandatum^{b)} a Sacra Regia Maiestate Poloniae ad responsum hoc, quod Maiestas Vestra Serenissima per servitores meos ad me mittere^{c)} dignata est, habuerim, at ne nunc quidem habeo qui propter incommodum periculosissimumque iter tam cito ad Regiam Maiestatem Poloniae venire non poterit, diutius atque decreveram manere hic^{d)} adventumque ad Sacram Maiestatem Vestram^{e)} differre^{f)} coactus sum. Quod quidem cum maxime cuperem, ita nunc multo maiore cum desyderio ad eandem, acceptis a Regia Maiestate Poloniae literis et certis mandatis, inde profi-

cisci cupiebam, ut de ^{s)} omnibus quae ^{h)} a Serenissimo [Domino] meo mihi commissa erant,ⁱ⁾ cum Serenissima [Maestate Vestra] agerem.

- | | |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| a) sed quoniam <i>super lineam scriptum pro quattuor verbis expunctis</i> : eam rem tamen certe | e) <i>sequitur expunctum verbum</i> : deinde |
| b) <i>mandatum superscriptum pro expuncto</i> : responsum | f) <i>sequuntur duae lineae et duo verba expuncta</i> , quae non leguntur. |
| c) <i>mittere superscriptum pro expuncto</i> : miserat | g) <i>de super lineam scriptum loco expuncti</i> : iis |
| d) <i>sequuntur duo verba expuncta, quae non leguntur</i> . | h) quae <i>super lineam scriptum</i> . |
| | i) <i>erant super lineam scriptum, primum expunctum, deinde iterum receptum</i> . |

N. 117.

Habi, 25 Maii 1562.

*Ioannes Tęczyński
universis*

litterae salvi conductus pro Paulo Chmielowski.

(Orig., annulo obsign., humiditate in parte sup. corruptum)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Universis et singulis, quorum interest et ad quos praesentes nostrae pervenerint litterae. Salutem et sui amicam commendationem.

Significamus praesentibus, quia mittimus hinc ex Finlandia ad Sacram Regiam Maestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum, Generosum Paulum Chmielowski, eiusdem Sacrae Regiae Maestatis Secretarium, in certis negotiis nostris. Itaque a Dominationibus Vestris postulamus, ut eum libere et absque omni mora et retardatione ire et ad nos vicissim redire permittant, imo ubi opus fuerit, eidem consilio et auxilio suis adesse velint. Facturae Dominationes Vestrae rem nobis gratam, paci publicae consentaneam, a nobisque vicissim pari gratia referendam.^{z)} Quas foeliciter valere optamus. Datum in Castro Abboensi XXV Maii. Anno MDLXII.

^{u)} Idem qui supra

Ioannes Comes in Tencin manu propria.^{v)}

u)-v) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 118.

Vilnae, 28 Maii 1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Erico XIV regi Sueciae

de bello a Suecis contra Livoniam parato et de Suecorum cum Moscho moliminibus.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Erico Decimo Quarto, Dei gratia Suedorum, Gottorum

Wandalorumque etc. Regi, Fratri et Amico nostro charissimo. Salutem et omnis foelicitatis incrementum continuum.

Serenissime Princeps, Frater et Amice noster charissime.

Cum ad nos perlatum esset mense superiore Serenitatem Vestram arma et bellicos apparatus comparare adversus eam Livoniae partem, quae se ditioni nostrae subiecit, et si id nobis incredibile videbatur, ut ab eo Principe bellum subiectis nobis populis impendere debeat, cum quo nobis magna amoris et benevolentiae coniunctio intercessit et qui nuper ad nos oratorem et litteras suas miserat cum magna significatione suae erga nos benevolentiae, tamen cum de hoc crebriores rumores ad nos perferrentur, scripsimus ad Generosum Ioannem Comitem a Thenczin, Oratorem nostrum in Regno Sueciae, ut is ea de re nomine nostro cum Serenitate Vestra ageret. Nunc vero quoniam isti rumores magis ac magis percrebescunt⁷⁾ et audimus iam exercitum Serenitatis Vestrae quibusdam arcibus nostris in Livonia imminere, faciendum esse putavimus, ut de ea re Serenitatem Vestram iterum per litteras compellarem quaereremusque ex ea, num nobis aut populis ditionis nostrae bellum inferre aut aliquid hostile moliri in animum induxerit, neque enim nobis ante ea aliquid huiusmodi a Serenitate Vestra denunciatum esse, neque nos causam aut occasionem aliquam infesti animi illi dedimus, quin immo nobis conscii sumus eam amiciciam, quae nobis et maioribus nostris cum Serenitate Vestra et maioribus illius iam pridem intercesserat, non modo nunquam violasse, verum etiam semper curasse, ut indies omnibus offitiis nostris auctior fieret, eaque de causa, cum nuper Illustris Dominus Finlandiae Dux sororis nostrae matrimonium per litteras et oratores suos appeteret ipsaque Vestra Serenitas et per litteras et per nuntium suum hoc a nobis postularet, pro nostra in hanc familiam summa benevolentia putavimus id illi non esse recusandum. Possemus etiam commemorare divi parentis nostri et maiorum nostrorum erga maiores Serenitatis Vestrae offitia, nisi vereremur, ne ea sibi a nobis Serenitas Vestra exprobrari putaret. Profferremus etiam pacta et foedera, quae inter maiores nostros et maiores Serenitatis Vestrae non modo contra Moschovitas, communes Lithuaniae et Sueciae hostes, sed etiam contra omnes quoscunque hostes constituta et privilegiis firmata fuerunt, nisi ea Serenitati Vestrae plane cognita esse putarem; quae quidem cum a nobis maioribusque nostris ad hanc usque diem sanctissime culta et observata sunt, cuperemus ea etiam deinceps eadem fide et constantia et a nobis et a Serenitate Vestra observari.

Quas ob res Serenitatem Vestram rogamus, velit nos de animi sui sententia certiores reddere, et si quidem se a Livonibus aut ab aliquo subdito nostro offensam esse putet, de eo apud nos iure potius et iudicio, uti Christianum Principem decet, quam armis et viribus experiat. Nos autem, quantum in nobis est, parati sumus illi iusticiam administrare. Et quamquam malleus unitis omnibus viribus nostris bellum Moschoviticum, quod nos a Livoniorum cervicibus, iam propemodum in servitutem barbaricam redacti, in ditiones nostras universum derivavimus, a nobis et subiectis nobis populis propulsare, Livonibus tamen, quos armis nostris et maximo sumptu et labore in libertatem vindicavimus, non possumus pro offitio Principis Christiani deesse.

Quod si Serenitas Vestra, neglecto offitio Christiani Principis et spreta amicicia et bona vicinitate nostra, quod quidem non speramus, Livonios infestare voluerit, nos quidem facere non possumus, quia ra-

tiones ineamus, quibus vim a nostris possimus propulsare, speramusque Deum, vindicem iniuriarum, nobis non esse defuturum. Serenitatem Vestram bene valere cupimus illiusque fraterno amori nos commendamus petimusque, ut nos de animi sui sententia quam primum per litteras certiores faciat. Datum Vilnae, die XXVIII mensis Maii anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

z) Sic in ms.

N. 119.

Stockholmiae, 30 Maii 1562.

*Ericus XIV rex Sueciae
ad Ioannem Tęczyński
adventum eius expectat ad res Livonicas tractandas.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ericus XIII, Dei gratia Suecorum, Gottorum Wandalarumque etc. Rex, Illustri et Potenti Domino Ioanni Comiti a Thenczin, Capitaneo Lublinensi etc. salutem, benevolentiam et omnem prosperitatem benigne precatur.

Redditae sunt nobis Tuae Illustritatis litterae, quae nos summa voluptate affecerunt; ex hiis enim et tuum in nos animum addictissimum et egregiam quandam nobis obsequendi promptitudinem percepimus, nempe Tuam Illustritatem per servitorem suum, ut antiqua illa amicitia inter nos et Serenissimum Poloniae Regem omnibus modis confirmata, illesa permaneret, fideliter et sedulo egisse et procurasse. Quod quia votis omnibus huc usque expetitur est et quotidianis adhuc expetitur, fuit Tuae Illustritatis diligentia nobis et iucundissima et gratissima. Petimus autem benigne, ne in eo proposito persistere velit, neque ullo labore fatiscens, quo tam sanctum institutum aliquando foelicem sortiatur effectum. Quod de Tuae Illustritatis huc ad nos adventu scribitur, expectabamus iam dudum, ut Rex Poloniae aliquam solemnem legationem, quae ex composito nobiscum de omnibus bonae pacis impedimentis agendi et transigendi plenariam haberet potestatem, ablegaret.^{a)} Quin etiam (ut scit Tua Illustritas) induciis inducias accedere de industria concessimus, conditiones aliquas, quantum putamus aequas, proposuimus. Cum tamen magis aequum esset, ut Livonicus Magister, qui prior pacem turbavit, prior etiam pacificationis aliqua offerret media, protestati sumus nos futuros faciles atque etiam de nostri iuris parte decessuros; nemo tamen ad hunc usque diem venit. Postquam autem Tua Illustritas dicit se super ea re mandatum habere et adhuc ampliora mandata^{b)} quotidie expectare, petimus, ut cum sint nostrae de bona concordia perpetuae cogitationes, atque Tuam Illustritatem non minus amice excipere et bene tractare hic apud nos quam isthic velimus, huc Sthoholmiam^{z)} ad nos venire, ullo interposito periculo aut impedimento, non diferat,^{z)} et bene valeat Tua Illustritas. Sthoholmiae, penultima Maii 1562.

Ericus XIII Rex.

In gratiam Regis Poloniae nos nostrum Capitaneum, Nicolaum Cris-
tierni cum toto exercitu et apparatu, quamprimum referri potuit, man-
davimus. Quod Tua Illustritas suis litteris suo Regi quam citissime sig-
nificare et adferre poterit et debet.

a) *In ms.* ablegaretur

b) *hic verba:* super ea re *expuncta.*

z) *sic in ms.*

N. 120.

Habi, 11 Iunii 1562.

Ioannes Tęczyński
ad Ericum XIV regem Sueciae
ad litteras respondet, de violata pace protestatur.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Responsum Domini Comitis Regi Sueciae.
Serenissime Rex, Domine Domine clementissime.

Deditissimis serviciis meis in gratiam Maiestatis Vestrae Serenissi-
mae commendatis.

Ex litteris Maiestatis Vestrae Serenissimae et relatione Magnifici
Domini Comitis, quem Maiestas Vestra Serenissima huc miserat, satis
perspicue intellexi, quanto studio Maiestas Vestra Serenissima illud
desideraverit, ut pax et concordia firma atque perpetua inter Serenis-
simum Poloniae Regem, Dominum meum clementissimum, et Maiesta-
tem Vestram Serenissimam, a maioribus suscepta diuque conservata
constitueretur, qua quidem de causa cum maxima fuisset laetitia af-
fectus, decreveram absque ulla mora et impedimento ad Serenissimam
Maiestatem Vestram proficisci, ut et mandato Suae Serenissimae Regiae
Maiestatis Poloniae, Domini mei clementissimi, et voluntati Maiestatis
Vestrae Serenissimae satisfacerem, daremque operam, ut amicitia haec
aliquomodo labefactata iterum in integrum restitueretur turbataeque res
hae suum optatum sortirentur ^{a)} finem.

Verumtamen cum iam adornarem iter, non sine maximo dolore
intellexi, praefectos et milites Maiestatis Vestrae Serenissimae, neglec-
tis induciis, quas quidem Maiestas Vestra Serenissima Sacrae ac Sere-
nissimae Regiae Maiestati Poloniae litteris suis pollicita est, Pernoviam,
Serenissimae Regiae Maiestatis ditiois civitatem, aggredi, oppugnare
eaeque per vim potiri ausos esse; praesertim quum Sua Sacra ac Sere-
nissima Maiestas Regia nihil minus, quam hoc eo ^{b)} tempore expectaret,
seque esse tutum ab omni militum vi, verbis, promissis ac litteris Maies-
tatis Vestrae Serenissimae credens considerat. Quibus quidem Maiestas
Vestra Serenissimae Suae Sacrae ac Serenissimae Maiestati Regiae se in-
ducias has, ad festum Sancti Ioannis Baptistae prorogatas, constanter
conservaturum nihilque hostile adversus Suam Sacram ac Serenissimam
Maiestatem Regiam moliturum promittit.^{c)} Cum vero praefecti milites-

que hi, omnibus his rebus postpositis, inducias has a Maiestate Vestra Serenissima promissas violarint, sic deliberandum Maiestati Vestrae Serenissimae relinquo, quam bene Maiestatis Vestrae Serenissimae apud omnes mortales existimationi bonae consuluerint, praesertim cum inter omnes homines, si minoris conditionis, quid inter tantos Principes, pacta et foedera non tantummodo verbis, verumetiam litteris mandata promissaque semper servantur. Quod quum ab illis factum est, paxque promissa ac fides data violata sit, Sua Sacra ac Serenissima Maiestas id non sine maximo animi dolore percipiat, praesertim quum sit sibi optime conscia nullam se unquam discordiae ansam Maiestati Vestrae Serenissimae dedisse, verum id semper cupivisse, ut pax et concordia firma atque perpetua inter Maiestates Vestras Serenissimas constituerentur.

Cuius quidem suae egregiae voluntatis multis in rebus satis evidentiis testimonia Sua Sacra ac Serenissima Regia Maiestas declaravit, quod quum nudius a praefectis Maiestatis Vestrae Serenissimae lacessitus animus sit, nihil tamen aliquid hostile adversus Maiestatem Vestram Serenissimam unquam attentaverit, immo semper ea media quaesierit et proposuerit, quo tandem turbatae res hae optatum sortirentur exitum. Quod quum ita sit, Maiestas Vestra Serenissima facile intelligere poterit, quantum Sacra ac Serenissima Regia Maiestas a bellis, quae multa incommoda secum adferunt, et Christiani sanguinis effusione abhorreat, quantoque amicitiam et boni vicini iura diligenter colat nihilque unquam contra inducias et fidem datam attentet; quod quidem a praefectis Maiestatis Vestrae Serenissimae secus factum est; qui tempore induciarum et contractuum Maiestatem Suam Serenissimam, nihil minus quam hoc expectantem, litteris promissisque Maiestatis Vestrae Serenissimae fidentem, oppugnare ausi sunt. Verumtamen eam spem de Maiestate Vestra Serenissima, Principe et Rege Christiano, habeo Maiestatem Vestram Serenissimam promissas inducias Sacrae ac Serenissimae Regiae Maiestati semper prae oculis habituram damnumque hoc Suae Serenissimae Maiestati omnibus rationibus recompensaturam esse. Cum quidem nemo negare possit, contra omne ius fasque, id Sacrae ac Serenissimae Regiae Maiestati induciarum tempore illatum esse, quod si id Maiestas Vestra Serenissima fecerit, et apud Deum Optimum Maximum et apud omnes homines iuste excusata erit? Quantum^{d)} vero ad illud attinet, ut me primo quoque tempore ad Maiestatem Vestram Serenissimam conferam, quod quidem lubentissimo fecissem animo, ut qui semper illud exoptaverim, ut amicitia firma atque perpetua inter Maiestates Vestras Serenissimas conservaretur, sed quoniam hoc intercessit, paxque per Maiestatem Vestram Serenissimam promissa violata sit, antequam intelligam, quo animo Maiestas Vestra Serenissima id a praefectis suis suscepit et quo modo quibusque conditionibus Maiestas Vestra Serenissima id Suae Sacrae ac Serenissimae Maiestati Regiae recompensare velit, ad quod quidem Maiestatis Vestrae Serenissimae clementissimum expecto responsum, hoc tempore nullo pacto possum. Cum his me et servitia mea in gratiam Maiestatis Vestrae Serenissimae diligenter commendo; quam Deus Optimus Maximus bene sanam et incolumem diutissime conservet. Datum Habo XI Iunii anno 1562.

a) *In ms.* sortiretur

b) eo *super lineam additum.*

c) *in ms.* promittit

d) *hic sequitur in ms. verbum: vero, expunctum, deinde denuo scriptum*

Svartesi (Svartsjö), 10 Iunii 1562.

*Ericus XIV rex Sueciae
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de iniuriis sibi a Livonibus illatis conqueritur.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Ericus Decimus Quartus, Dei gratia Sueciae, Gothorum Vandalorumque etc. Rex. Sigismundo Augusto, eadem gratia Regi Poloniae, etc. fratri et vicino nostro charissimo. Salutem et omnis dignitatis et foelicitatis continuum incrementum.

Accepto Magistri Livoniae ad Vestram Serenitatem literarum exemplari, diu apud nos pensitabamus, an quicquam iis esset nobis respondendum, atque nisi vestris literis id recepissemus, facturos nunquam in animum nobis induxissemus. Quid enim scripto apud eum proficeretur, qui luce meridiana clariora et quae adhuc sunt in hominum manibus negare non erubescit? Non itaque illius ulla causa, sed Vestrae Serenitatis, quae fortasse ab eo mala²⁾ informata aliquid sinistri cogitaret, hunc suscipi laborem mandavimus, ut Vestra Serenitas, quibus de causis vi nostra repetere coacti sumus, vere rescire posset. Videri aliquibus, Vestra Serenitas fortassis posset eius partibus esse addictior, eo quod ipse in vestram clientelam sit receptus, ut lavare laterem dicamus, si quid contra asseramus, cum ille Vestrae Serenitatis et vestrarum aures preoccupasse²⁾ merito censeatur, sed nos recreat, quod eius literarum praedictarum exemplar ad nos sit transmissum, sperantes non tantam eius dictorum fidem in animis radices egisse, quin aperta et vera rerum gestarum narratione aliquando revelli posset. Non libenter in eam descendimus arenam, quae nostrum candorem, non sine alterius nominis obfuscatione, tueatur; nobis profecto fuisset longe iucundius, si iniurias nobis et nostris illatas sine ulla simulatione resarsisset atque bonorum virorum arbitrio nobis satisfecisset, ut qui magis beneficiendo quam maledicendo laetemur. Verum quoniam ille, quae ipse scit, vidit, egit, mandavit, pleraque facta negat, in multis nostri parentis foelicissimae recordationis memoriam celeberrimam convellere conatur, non potuimus non respondere, quo Vestra Serenitas et totus orbis liquido videat nos, pro nostra in eo summa benevolentia, nihil aliud quam maleficium et male loquendi procacitatem retulisse atque nos non tam vi nostra repetisse, quam a parente nobis quam charissimo atque omnium hominum unanimi consensu pacis amantissimo et observandissimo relictum eius obitu bellum persecutos esse. Poteramus in nos coniecta vitia facile surda aure pertransiisse, si ille nostri charissimi parentis benevolentiam in se liberalissimam intactam reliquisset. Nam quid, quaeso, est aliud obtrusas mutae conditiones, tanto Rege Christiano indignas, oblicere, quam cuiusdam immanitatis benefactores redarguere! Sed videamus, queso,²⁾ rei indignitatem. Livonicus Magister petit pecuniam mutuatitiam a Rege Sueciae. Quoniam autem hic sibi vult caveri neque sine ulla conditione peccuniam²⁾ usque ad aliquot centena milia numerari, o

que hi, omnibus his rebus postpositis, inducias has a Maiestate Vestra Serenissima promissas violarint, sic deliberandum Maiestati Vestrae Serenissimae relinquo, quam bene Maiestatis Vestrae Serenissimae apud omnes mortales existimationi bonae consuluerint, praesertim cum inter omnes homines, si minoris conditionis, quid inter tantos Principes, pacta et foedera non tantummodo verbis, verumetiam litteris mandata promissaque semper servantur. Quod quum ab illis factum est, paxque promissa ac fides data violata sit, Sua Sacra ac Serenissima Maiestas id non sine maximo animi dolore percipiat, praesertim quum sit sibi optime conscia nullam se unquam discordiae ansam Maiestati Vestrae Serenissimae dedisse, verum id semper cupivisse, ut pax et concordia firma atque perpetua inter Maiestates Vestras Serenissimas constituerentur.

Cuius quidem suae egregiae voluntatis multis in rebus satis evidentialia testimonia Sua Sacra ac Serenissima Regia Maiestas declaravit, quod quum nudius a praefectis Maiestatis Vestrae Serenissimae lacessitus animus sit, nihil tamen aliquid hostile adversus Maiestatem Vestram Serenissimam unquam attentaverit, immo semper ea media quaesierit et proposuerit, quo tandem turbatae res hae optatum sortirentur exitum. Quod quum ita sit, Maiestas Vestra Serenissima facile intelligere poterit, quantum Sacra ac Serenissima Regia Maiestas a bellis, quae multa incommoda secum adferunt, et Christiani sanguinis effusione abhorreat, quantoque amicitiam et boni vicini iura diligenter colat nihilque unquam contra inducias et fidem datam attentet; quod quidem a praefectis Maiestatis Vestrae Serenissimae secus factum est; qui tempore induciarum et contractuum Maiestatem Suam Serenissimam, nihil minus quam hoc expectantem, litteris promissisque Maiestatis Vestrae Serenissimae fidentem, oppugnare ausi sunt. Verumtamen eam spem de Maiestate Vestra Serenissima, Principe et Rege Christiano, habeo Maiestatem Vestram Serenissimam promissas inducias Sacrae ac Serenissimae Regiae Maiestati semper prae oculis habituram damnumque hoc Suae Serenissimae Maiestati omnibus rationibus recompensaturam esse. Cum quidem nemo negare possit, contra omne ius fasque, id Sacrae ac Serenissimae Regiae Maiestati induciarum tempore illatum esse, quod si id Maiestas Vestra Serenissima fecerit, et apud Deum Optimum Maximum et apud omnes homines iuste excusata erit? Quantum^{d)} vero ad illud attinet, ut me primo quoque tempore ad Maiestatem Vestram Serenissimam conferam, quod quidem lubentissimo fecissem animo, ut qui semper illud exoptaverim, ut amicitia firma atque perpetua inter Maiestates Vestras Serenissimas conservaretur, sed quoniam hoc intercessit, paxque per Maiestatem Vestram Serenissimam promissa violata sit, antequam intelligam, quo animo Maiestas Vestra Serenissima id a praefectis suis susceperit et quo modo quibusque conditionibus Maiestas Vestra Serenissima id Suae Sacrae ac Serenissimae Maiestati Regiae recompensare velit, ad quod quidem Maiestatis Vestrae Serenissimae clementissimum expecto responsum, hoc tempore nullo pacto possum. Cum his me et servitia mea in gratiam Maiestatis Vestrae Serenissimae diligenter commendo; quam Deus Optimus Maximus bene sanam et incolumem diutissime conservet. Datum Habo XI Iunii anno 1562.

a) *In ms.* sortiretur

b) *eo super lineam additum.*

c) *in ms.* promittit

d) *hic sequitur in ms. verbum: vero, expunctum, deinde denuo scriptum*

rerumque necessariarum genus suppeditata sint, atque ea tantum de causa, ut bellum tunc inchoatum ad quam plurimos annos produceretur nullusque sanguinis Christiani effusionis, nullus praedarum et eiusmodi horrendorum flagitiorum quae meminisse mens humana horret, finis fieret, atque interea congressis et mutuae internicioni intentis duobus Monarchis, potentissimus Livonicus sedens spectator, cum Moschum videret remissionem aut infirmiolem, animaret atque etiam, si opus videretur, adiuveret.

Quod si Deus eam perniciem, quam vicino, qui illi propter tam multa merita debebat esse charissimus, machinatus erat, in caput eius retorsit, ut ille iam sustinere vim armorum eius non possit, quem ipsemet munivit, instruxit, armavit suoque iam vigilatur gladio, quis, queso, iam misericordia afficiatur? Nonne omnes iustam Dei vindictam admirabuntur, suspicient et venerabuntur? At vero si talionem iam vellemus rependere atque eius hostem armis iuvare certiolem facere, adhortari, consilio promovere, quid tum ille diceret? Attamen meliore staremus causa, quod hoc contra illum hostem communem fieret neque nostris insidiis eam patitur calamitatem. Nam neque parens charissimus foelicissimae memoriae, neque nos illum unquam hortati sumus, imo maxime bellum dissuasimus. Quin etiam, sicut ille fatetur, obtulimus nostram omnem operam, ut honestis et tollerabilibus rationibus concordaretur. Quod si tum arma nostra hostilibus coniunxissemus, neque tum quisquam merito esset criminandus. Nam sancte polliceri se futurum in acie priorem et postea, inchoato bello, non adesse, prodere socium, hostem armis, consilio, commeatu adiuvere, non sunt causae ad sumendam vindictam sufficientes. Paucos, paucos, inquam, habet hic mundus, qui se continere tam manifesta accepta iniuria potuissent, nedum beneficia pro male factis rependere. Aliter vero nihil ad illum, quo eius antecessores commiserunt. Postquam videt suorum maiorum facta neque negari neque probari posse, tam valido argumento suam causam munit, ut manibus inde elotis iam se elapsum esse putet. Nam neque tum erat in Livonia, neque illud fastigium gubernationis adhuc ad se devolutum erat. Quapropter quicquid ante illius tempora transactum ab aliis est Magistris, totum illud conticescat: istud totum vel ratum sit vel irritum ex illius arbitrio, qui modo provinciae suscepit administrationem; si quid maiores habuerunt expositum, bene est, si quid fuerunt obstricti, ex illis exigatur, qui eo sunt offitio defuncti. Mirum, cum hic accepisset a nobis pecuniam, quam flagitabat, aliquo se proripuisset, atque successor hoc idem protulisset nihil ad se attinere, quod eius maiores promisissent. Mirum, cum hoc idem est aliquando eius successor facturus atque hoc idem iam ille eum admonet, atque sua contestatione firmum esse debere protestatur.

De eo, quod in clientellam Vestrae Serenitatis se se et sua dedit, quae ratio si ultimo locum in rebus humanis habet, quae tandem secutum²⁾ est rerum confusio. Iam igitur satis apparere putamus illam unicam causam facturam fuisse satis, si invictissimus noster parens, quem sine lachrimis commemorare nequimus, vi et ferro sibi in Livonia viam fecisset atque nos, illius haeres, idem aggredieremur. Sed invictissimus sciebat gravissimas contumelias Reipublicae Christianae condonare. Hoc totus orbis, imo eius hostes, quin et ipse Livonicus Magister cogetur fateri. Atque, quod est vix credibile, benefactorum cumulationibus ad saniolem mentem reducere male meritos meditabatur. Omni enim

opera, consilio, opibus hanc avertere tempestatem, non rogatus, se offerebat sua sponte. Iam autem audiamus, quid gratitudinis ergo, quoniam maiorum facta agnoscere non vult Livonicus, ab illo eodem reportaverimus, cum ante quatuor fere annos suam potentiam Musco aequalem sibi praesumisset atque vi aperta restituendum proposuisset, suos emittit, qui hostem ubicunque invenirent, praedarentur, spoliarent, captivarent, occiderent. Atque ut eo alacrius hoc exequerentur, scripto mandato suo syngrapha et sigillo munit; illi igitur iuris vicinitatis nulla habita reverentia, in quoscunque inveniunt negotiatores Moschos, hostiliter agunt, sive in aperto mari, sive in nostris aquis et portibus conquisitos. Conqueritur Muschus sibi a nobis iniuriam fieri, propterea quod cum pacis transactione novissima sancitum esset, futuram in utriusque nostrum terris, aquis et portibus liberam mercimoniorum communicationem; cum in nostris ditionibus sui mercatores subditi trucidarentur, captivi abducerentur. Quid tum agat pater charissimus pietissimae memoriae, qui sacri iuramenti sibi habendam omnem rationem, postpositis rebus omnibus, sanctissime reputabat. Aliquot deducit triremes et naves, militem imponit, qui illam piraticam in suis aquis et portibus prohiberent. Verum Livones, ipsis triremibus spectantibus, in hostem nostris in ditionibus irruunt, praedantur, occidunt, abigunt. Statim itaque utriusque capti Holmiam abducuntur, audita eorum ordinarii iudicibus causa, fatentur Livones se ex sui Domini mandato fecisse neque mandati fines ullo modo transgressos esse protestantur. Diploma exhibent, quod inter nostros codicillos repositum servamus. Haec esse verissima testantur Muschorum Dux ipse et ipsius subditi plerique mercatores. Haec testantur nostri iudices ordinarii, quia nos idem affirmantes mendacii redarguimur; testatur diploma ipsius manu subscriptum et sigillo munitum; testantur illius servi et subditi, et quantum putamus satis memores, quod eo facto extremum supplicium meriti mortem deprecantes sint, ingenita patris nostri charissimi lenitate et mansuetudine, citra illam poenam praeter suam opinionem dimissi cum navibus omnes. Haec tamen constanter ille negat, quae decem millibus testium convinci facile possunt. Neque vero haec eo referuntur, ut, sicut ille scribit, indignis afflictus modis existimationis et famae faciat iacturam, vel ut arma iustae defensionis fiant illi difficiliora et intractabiliora, sed ut totus intelligat orbis nos iure bono et aequo poscere debitam compensationem omnium expensarum, ad defendendum nobis illatam iniuriam consumptarum. Nam etiam si ille obicere possit hostem fuisse, quem sic tractasset, attamen sibi persuasisse debebat nos nunquam passuros, ut qui in nostris navigarent aquis, qui res nostris subditis necessarias adveherent, qui telonium caeteraque iura in nostris terris persolvissent, nostro in conspectu mactarentur, spoliarentur, ut qui verbo Dei et legibus humanis ita instituti sumus eiusmodi iura Principibus persolvi, ut in omni securitate sub eorum alis mercatores negociari possint.^{a)} Neque etiam, sicut omnes Principes pro confesso persuasum habent, tales fieri depraedationes in nostris aquis, quas ab omni latrocinio et hostilitate liberrimas tueri tenemur, ullo modo ferre poteramus, quin simul et Deum graviter offenderemus et nostrae dignitatis et auctoritatis integrum faceremus naufragium; quae priusquam simus unquam admissuri, decrevimus atque constituimus potius omnium earum virium et opum, quas Deus nostris commisit manibus, periculum facere. Igitur quia ad iniquos illos insultus et iniurias propulsandos²⁾ coacti sumus magnos

sumptus facere in stipendiis militum et nautarum, in comiteo et munitionibus triremium et navium, totum illud dispendium ab illo iure repositum, qui damnum illud intulit. De quo quia saepe sumus amabili modo conquesti surdisque auribus eadem semper occurrere videremur, nemo nobis vitio verterit, si alia ratione satisfieri nobis quaesiverimus. Nullis tamen nostris iustisque querimoniis deterritus, cum sentiret nos verbis tantum agere speratque futurum impune, pro more solito, quicquid ille nobis fecisset negotii, facileque verbis eludi qui scriptis solis adversarium urgerent. Ecce praeter omnem nostram expectationem nostri subditi, nihil hostile sibi timentes, bona, merces, naves hostili manu rapiuntur, aliquot trucidantur, vulnerantur, abducuntur in Livonicos portus ac ibi in carcerem, veluti hostes, coniciuntur, bona illorum praedae exponuntur, publice veneunt, distrahuntur. Ac ne quis existimet nos de levi aut vix aliqua offensuscula conqueri, ita enim nominatur, praeter multos occisos, abrepta sunt nostris plus quam centum talerorum milia. Quod autem dicit sine suo mandato et praeter voluntatem naves detentas esse, cur igitur illas patiebatur publice vendi? Eius syngrapha satis probat, quod suo mandato et voluntate sint executi illius servi. Porro quae ulla est iniuria, si haec non est, — quid enim habemus, quo nostrorum miserorum subditorum, sceleratissime occisorum, contra omne fas spoliatorum atque ad summam paupertatem redactorum, iustos coram Deo et hominibus in coelum clamores compescamus? Quousque tandem divina patientia, sanguinis innoxii effusi severa ultrice, ille abusurum se sperat, quousque miseris et inopibus spoliatis se fucum suis tergiversationibus facturum statuit? Toties ad illum scripsimus, rogantes, obsecrantes, ut ita afflictos consolaretur. Ipsemet audivit, vidit illorum supplicum eiulatus et lachrimas, sed ferreum pectus ita commotum est, ut satis apparet suorum latrociniis delectari. Connivere igitur debuimus et quotidie videre nostrorum, qui prius in beata parte fuerant, caedes, vulnera et miseriam, neque in latrones, quorum furoribus et rapinis in eam tracti sunt calamitatem, animadvertere, perpetuis observare oculis nostrorum cadavera, pro quibus ne proprio quidem sanguine parcere debeamus, et interim homicidas non ulcisci? Quid divinae Maiestati, a nobis iustitiae administrationem exigenti, respondeamus? Minime, minime sumus tam vecordes, stupidi et athei, qui his non commoveamur. Minime, minime sumus passuri nostro nomini tantam inuri infamiam, quod contra praestitum a nobis divinae Maiestati sacramentum nostris iniuste occisis et oppressis defuerimus. Potius totius nostri Regni, tam alacriter se offerentibus, periculum facere, potius nostrae potentiae iacturam facere, potius honeste mortem appetere, quam in hac ignominia lumen hoc solis intueri. Arbitramur etiam nullos iustos iudices unquam criminaturos, si ad nobis et nostris satisfaciendum quaquam via enitamur atque totam eam potentiam, quam Deus nobis concredidit, in ea re insumamus, praecipue postquam omnes alias amicabiles vias, a nobis prius tentatas, nihil profecisse in confesso est. Non enim multis nostris literis et legationibus restitutionem sollicitavimus? Nonne tandem coram eius legatis Deum ultorem invocamus nos alia via aggressuros, ni intra certum et inter nos conclusum tempus de reddendis apreptis²⁾ responderet. Ille vero omnes nostros iustos dolores, nostras minas tanto habuit contempitui, ac si aera verberassemus. Attamen suo scripto adhuc conqueritur de bello nulla iusta ex causa, magna ex causa fundamentis carente, inchoato,

cuius vix alicuius offensivulae causam dederit. Cum tamen esset rationi maxime consentaneum, ut ille, qui toties damnum nobis dedit, prior viam ad pacificationem patefaceret. Satis autem habet, si Cadmus dentes Draconicos dissidiorum inter Reges vicinos, omnis antiquitatis memoria, amicos et confederatos disseminet, quibus distractos et divisos, in mutuum accensos, vulnera confici et consumi securus ex longinqua prospiciet specula. In hoc suorum maiorum vestigia diligenter secutus, incumbit. Quo enim tendat illius orationis catastrophe, nemo non perspicit. Iis artibus toties nobis irritavit Moscum, iis artibus, ut Vestra Serenitas in nos contendit accendere. Neque libet referre literis suis et legationibus, tum patrem nobis charissimum, tum nos in Ducem Magnum Episcopum Osiliensem, nostrum dilectissimum consobrinum, suis astutiis voluisse concitare, quod profecto sua maledicentia et astu facile apud ignaros confecisset. Verum tollat illum, qui non novit. Et timemus, ne tot et tantis bellis Vestram Serenitatem involvat, unde non facile expediat. Speramus tamen futurum, ut Vestra Serenitas eam habeat dignitatis suae rationem, quae iniustae causae nolit patrocinari et illius praedationibus participare. Fatemur quidem gloriosum esse fidelem beneficiarium, in fidem receptum, ab hoste truculento et nominis Christiani hereditario defendere, suas provincias, arces iuste et legitime, portas et limites tueri, sed non est minus gloriosum Regem vicinum et amicum adiuvere, promovere, ut^{b)} iniuriarum plena accepta satisfactione non habeat ullam conquerendi legitimam ansam, nedum vi et armis, sua iustissima actione, deturbare et novis in se bellis in alterius favorem aequissimam praebere causam. Et quis unquam putasset nobis vel criminationi vel detrimento fore Revalienses^{c)} (cum viderent ex muro quotidie hostiles turmas, ad portas usque ad vallum excurrentes, occasionem speculari), imminenti interitus timore percussos, in nostras ulnas se coniecisse atque in tutelam receptos, sanguine et periculis nostrorum, nostris etiam maximis expensis, fuisse extra omnem metum et discrimen positos? nisi fortasse multo illis fuisset satius patres cum filiis, matres cum filiabus, nefandissima quaeque prius passos, in suo sanguine consuptos, coeli volatilibus escam factos esse. Optimas profecto illum persequendi praetermissas a nobis occasiones scit Vestra Serenitas: exercitum et machinas in promptu munitionum et commeatumum^{d)} plus satis contra hostem imparatum. Inducias de industria concessimus, quo Vestra Serenitas et totus intelligeret mundus, quam ab armis abhorreamus, atque hoc adhuc obtestamur nos aequis conditionibus pacificationem non renuere. Aequissimum autem esset, ut qui prior tot caedibus et depraedationibus seviit poenam deprecatus, malefacta benefactis compensare studeret, contra ac ille, qui simpliciter omnia negando, quae ipsa luce sunt clariora, quae eius sygraphis et sigillis, quae multis testibus bonae fidei probari possunt, putat se suam causam vicisse, si causam suam nihil ad se pertinere dicat.

Nimis certe callidum atque adeo sycophanticum alienis spoliis quemquam lacunas suas replevisse, et posita veluti bonorum cessione facta, cum apud alium reposita omnia habeat, spoliati reposcentis actionem eludere. Nihil itaque mirum, iusto Dei iudicio, sui bellorum dementis iam uberrimam faciet messem. Cuius quidem culpam non in nos, qui omnem hanc procellam avertere totis viribus nixi sumus, conferat. Et suorum maiorum perfidiae, suis et suorum rapinis, depraedationibus, caedibus et iniuriis hanc ascribat calamitosam tragediam. Atque haec

sunt, quae visa sunt Magistri Livoniae literis, quasi perfunctorie respondenda. Quae etiam si infitiationibus et calumniis excipientur, tamen vera esse scimus, atque nostri subditi sentiunt veriora quam vellemus. Utinam autem Livonicus Magister tam sedulus in re concilianda, quam perturbanda, fuisset atque hac molestia nos liberasset. Profecto Vestra Serenitas intelligeret, quantum sumus in Vestrae Serenitatis gratiam facturi. Indubie vero speramus Vestram Serenitatem, pro antiqua nostrorum Regnorum amicitia et confoederatione, nihil sibi persuaderi passuram, ut aliquid de vicino, amico et confoederato statuatur, quod nostrae iustae causae praeiudicari possit. Deus Optimus Maximus Vestram Serenitatem in bona et diuturna valetudine, in continuo rerum successu et incremento conservet incolumem. Ex arce nostra Svarteso IIII Idus Iunii anno MDLXII.

a) *In ms.* possunt

b) *in ms.* et

c) *in ms.* Revaliensis

d) *lectio incerta*

z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in: Schirren, Neue Quellen III, N. 314, p. 314 (sic).*

N. 122.

s.l. [1562]

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Ericum XIV regem Sueciae
instructio pro oratoribus de rebus Livonicis tractaturis.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Postquam Domini Oratores praemiserint ea, quae ad dicendam salutem, declarandam benevolentiam et officiorum communicationem attinent, in hanc^{a)} sententiam verba facient:

Serenissime Rex. Postquam ex binis litteris Serenitatis Vestrae alteris quidem quinta Marcii, alteris vero duodecima Maii Stolcholmii scriptis, deinde ex quibusdam responsis, datis Generosi Ioannis Comitum a Tenczin ad Serenitatem Vestram internunciis, Serenissimus Rex et Dominus noster clementissimus intellexisset, quae sit illius de tollendis dissidiis et componenda controversia inter Serenitatem Vestram et Magistrum Livoniae, nunc Principem Curlandiae, sententia, intellexisset etiam ex eisdem literis Nicolaum Cristiernum, Serenitatis Vestrae Capitaneum Revaliensem, absque illius mandato nuper invasisse et occupasse Pernoviam, ac hoc ipsum idem Nicolaus Cristiernus literis suis ad Sacram Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, scriptis aperte confiteretur et crimen in se derivaret, e vestigio nos, nulla interposita mora, ad Serenitatem Vestram ablegandos esse censuit, ut ad scriptas epistolas, tum datum responsum et oblatas condiciones Serenitati Vestrae responderemus, ageremus etiam de restitutione civitatis et arcis Pernoviensis, cuius invasio et occupatio, magna quidem cum

iniuria et indignitate Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, sed etiam cum maximo Nicolai Cristierni scelere, dedecore vero nominis Suedici et perpetua ignominia coniuncta est, et cum ad implacabilem animorum offensionem inter Serenitates Vestras et nationes et communes populos, tum ad maximum orbis Christiani scandalum redundans. Respondebamus autem Serenitati Vestrae ad illius literas eo ordine, quo illae scriptae sunt.

Principio, quod Serenitas Vestra in eisdem literis suis maxime se mirari dicit ignorasse Serenissimum Poloniae Regem, Dominum nostrum clementissimum, quibus in rebus Magister Ordinis Serenitatem Vestram offenderit, cum toties ea de re ad ipsum Magistrum scriptum esse asserat, ac hoc ipsum non esse silentio praeteriturum apud Serenissimum Poloniae Regem; multo equidem magis est quod miretur Serenissimus Rex et Dominus noster clementissimus. Quod tametsi Magister Ordinis ad illas accusationes et responderit saepe et innocentiam suam ostenderit et ostensurum se porro coram Sacra Regia Maiestate, tanquam Domino suo directo, vel coram quovis alio non suspecto iudice, nulli partium addicto, obtulerit, Regia praeterea Maiestas, Dominus noster clementissimus, pro officio Regis Christiani proque autoritate sua, quam super Ordinis Magistrum, nunc Principem Curlandiae, tanquam directus Dominus, habet, de cliente et vasallo suo ius dicere et iusticiam administrare Serenitati Vestrae receperit, quod nihilominus illum Serenitas Vestra bello persequendum statueret illumque pro convicto iam et condemnato, contra legitimi iuris cognitionem, habendum esse putet, tanquam in sola accusatione, non autem in legitimo iudicio et ordinaria cognitione ius et iusticia Regum Christianorum consistat, et tamen non Magistri Ordinis ditionem, sed ipsiusmet Maiestatis Regiae, Domini nostri clementissimi, mere directo et utili dominio, tum mero et mixto imperio mediante iuris iurandi religione subiectis populis funestum et exciabile bellum, difficillimo Reipublicae Christianae tempore, intulerit, pernicioso sane et hactenus inter Principes Christianos non audito exemplo, nulla prius ante Serenissimo Regi nostro denunciata hostilitate, nec ostensis iustis et legitimis belli causis, contra omnium gentium, non modo Christianorum, sed etiam et Ethnicorum ius et consuetudinem. Nam quod attinet ad accusationem, nihil est facilius quam accusare quenquam, sed accusationis suae nervos verasque iustas, serias, evidentes et necessarias causas oportere et Deo Optimo Maximo, et hominibus, maxime vero Regibus et Principibus Christianis, qui vicarias in terra Dei gerunt partes, probare. Nam cum Serenissimus Poloniae Rex, Dominus noster clementissimus, et legisset et non oscitanter expendisset, una cum amplissimo Senatu suo, tam accusationis Serenitatis Vestrae, quam responsionis Magistri epistolam, qua partim diluit, partim a se removet, id etiam inficias it non modo constanter, sed etiam vere negat se eis criminibus teneri, de quibus a Serenitate Vestra accusatur, nullam iustam belli causam, iudicio etiam totius Livoniae, Serenitatem Vestram contra illum habere semper indicavit. Cum alioquin non ignoret totus mundus non tam Serenitatem Vestram a Magistro fuisse offensam, quam ipsi potius Magistro a Serenitate Vestra multa gravia et enormia praeiudicia allata esse, quod longe optima et amplissima maiorum suorum possessione civitatis Revaliensis, et postmodum monasterii Padis, exutus, eiectus et deturbatus sit, idque partim vi et bellicorum tormen-

torum apparatu, partim sollicitatione ad defectionem, tum largitionibus et peccunia improborum quorundam et infidelium civium erga legitimum Magistratum suum corruptione; quae quidem sollicitatio in hanc usque diem non consiluit. Sunt enim prae manibus legatorum Serenitatis Vestrae et locumtenentium Revaliensium literae, ad diversos per Livoniam hinc inde scriptae. Quam quidem sollicitationem, tum illam eiectionem deturbationemque cum iniuria et indignitate Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, coniunctas esse totus itidem orbis Christianus iudicabat; quod in ea deturbatione defectio- neque milites Maiestatis Regiae, Domini nostri clementissimi, qui illo- rum locorum praesidia tenebant, ex Revalia et monasterio Padis eiecti, tum et contumeliis a militibus Serenitatis Vestrae affecti sunt. Ex omni- bus autem accusationibus, quae a Serenitate Vestra crimini Magistro Ordinis dantur, non videt Sacra Regia Maiestas, qua re ille Serenitatem Vestram offenderit magis, quod doleat et conqueratur se amplissimis illis possessionibus per Capitaneos Serenitatis Vestrae deturbatum esse, deinde quod his non contenti illi, subinde per suas literas et per clan- destinos susurrone iam Soneburgenses, Waisenstenenses, Pernovienses, Rigenses ad defectionem sollicitare non cessant atque haec ipsa sollici- tatio non tam iam ad Magistrum, quam ad Sacram Regiam Maiestatem, tanquam illorum locorum directum et utilem Dominum, pertinet. Quas tamen iniurias et indignitates suas Serenissimus Poloniae Rex, pro eo ac alieni minime est appetens, contentus existens suo et habens alioquin sat imperiorum et ampliarum civitatum aliunde, maxime vero ^{b)} quod ex Livoniae defensione et iam universali omnium ordinum spontaneo consensu ad id accedendum, subiectione nihil aliud quesivit, quam publici orbis tranquillitatem, quam liberationem Livoniae a pertinacissimis Moschorum armis et periculi a dominiis suis aversionem; indignitates et offensiones illas suas huic ipsi Christiani orbis tranquillitati et huic novae affinitati, quae ab Illustri Domino Finlandiae Duce, Serenitatis Vestrae fratre, expetitur, condonanda ²⁾ esse censuerat, ac author quoque erat Ordinis Magistro, ut et ipse, tam perturbato et afflicto Livoniae statu, iniurias suas saluti Livoniae condonaret et illas violentas eiectiones deturbationesque ex longe optimis et amplissimis possessionibus in amicam transactionem cum Serenitate Vestra suo tempore ineundam reiiceret, modo Serenitas Vestra, tanquam alioquin Rex Christianus, cui non immerito potentia Moschowittica ²⁾ suspecta esse debet, communem opem ad liberandam Livoniam adferre et socialia arma contra crudeli- tatem Moschowitticam sumere vellet. Quae spes equidem Sacram Regiam Maiestatem nec non totam Livoniam, ac adeo universum orbem Christia- num, firmissima tenuit in illam usque diem, dum civitas et arx Perno- viensis a Nicolao Cristierno impio bello et sceleratis armis impetita et occupata est, maximo orbis, ut praemissum est, scandalo et harum sep- tentrionalium regionum vix unquam recuperabili detrimento; solem enim prius cursum suum sibi divinitus attributum derelicturum esse iudicarat Serenissimus Rex et Dominus noster clementissimus, quam ut Serenitas Vestra, tanquam Rex Christianus, sibi vero amicus, et cum de sua amicitia sancte et inviolabiliter in posterum colenda liberaliter per literas et per legatum suum promittens tum, ad affinitatem ex parte Illustris fratris sui aspirans et gaudens alioquin non contemnenda possessione in Livonia, et a veteri amicitia discedere et hostile quid erga se tentare

debeat et non potius pro Livonia, quam contra Livoniam, cuius bonis uteretur, arma sumenda sibi esse statueret, idque contra eum, qui per tot annos huius miserae afflictæ provinciae ex pactorum formula defensor extitit et iam consensu omnium ordinum directus et haereditarius Dominus factus est, et qui etiam in defendenda illa maximos labores, ingentes sumptus nec non gravia pericula et certamina adiit, in quibus equidem certaminibus copiosus sanguis procerum Magni Ducatus Lithuaniae effusus quoque est, quod ni factum fuisset, nisi, inquam, Serenissima Sua Maiestas provinciam hanc defendisset, nihil forte iam nunc restaret, de quo inter se Principes Christiani decertent; delevisset et haud dubie potestatis suae fecisset infra biennium Moschus omnia, id quod toti orbi Christiano incognitum non est, quomodo Maiestas Regia, miserata cladem vicinae provinciae ductaque commiseratione horrendi lamenti populorum Christianorum, de suo etiam periculo sollicita, misit annis superioribus numerosos et validos exercitus, quos grassanti hosti in media Livonia opposuit, et praeaeunte divino auxilio, insolentiam illius ab huius provinciae extremo excidio repraesentavit,²⁾ propulit, quam etiam sese nunc bello Moschowittico implicavit, quinimmo, dum Livoniis fessis, exhaustis et pene protritit conculcatisque sancto instituto consulere vult optimus et Christianissimus Rex, universam belli molem in se et dominia sua haereditaria Magni Ducatus Lithuaniae derivavit, ut ista pars interim a bello et calamitatibus publicis respiraret, sicut haud dubie respirasset et potuissent in utraque provincia, Lithuania scilicet et Livonia, res ex utilitate et salute publica communibus viribus et armis contra Moschum geri, deturbari ex Livonia ille et amissa recuperari, nisi intempestivis armis suis, valde iniquissimo Reipublicae tempore sumptis Vestra Serenitas a pio, a salutari et necessario instituto Maiestatem Regiam^{c)} retardasset. Quo quidem in facto, tametsi multa indigna concurrunt, quae exaggerari possent, quaeque haud dubie in annales, ad perpetuam hominum memoriam, propagabuntur, sed nihil indignius, Christiano vero orbi et his regionibus periculosius, quam quod potentiam Moschowitticam Vestra Serenitas eo modo confirmat, stabilit et effrenem illius audaciam et impotentem dominandi libidinem non minus contra se, quam reliqua Christiana Regna accendit, quam merito cum toto mundo detestari et profligare pro officio Regis Christiani debebat, et quidem debebat non negligere tam obviam et oportunam occasionem rei gerendae contra Moschum, interim dum eum Serenissimus Poloniae Rex bello ex Lithuania in Moschovia sustinet; hoc enim ad salvandam liberandamque Livoniam peropportunum totus mundus iudicabat, et cum ad abolendas offensiones, tum ad veterem amicitiam, multis nominibus iam alioquin inter Serenissimum Regem nostrum et Serenitatem Vestram labefactatam, redintegrandam. Deinde etiam ad ea, quae iam Serenitas Vestra in Livonia obtinet, meliori iustiorique titulo et nunc possidenda et in posterum manutenenda plurimum momenti allaturum esset, si communem opem ad salvandam et liberandam illam attulerit, sicut equidem Sacrae Regiae Maiestatis studia, consilia et conatus omnes eo omnino directi fuerunt, ideoque belli molem universam in sua dominia derivavit, quod sibi multum de Serenitatis Vestrae veteri amicitia et iam nova affinitate promitteret, de pietate vero, de moderatione animi et iustitia vere Christiani Regis confideret plurimum, nam et istis novis-

simis literis multa de sua erga Serenissimum Regem amicitia Serenitas Vestra promittit, nec vult videri labefactatae vel labefactandae veteris amicitiae ullam se velle dare vel dedisse causam, quodque semper potius pacem et concordiam cum omnibus Regibus Christianis colendam sibi statueret.

At certe Serenissimus Poloniae Rex, Dominus noster clementissimus, non videt, quomodo et illa vetustior ad defectionem populorum sollicitatio, et haec^{b)} nova et inopinata hostilitas cum toties recepta et hic familiariter repetita amicitia stare possit, nisi illam in verbis, non autem in factis consistere quis existimet, aut quod verbis quidem liceat de sua amicitia tantum, quantum quis vult, promittere, re autem ipsa nullum genus inimicitiae et hostilitatis praetermittere.

Qua ex re quid aliud consequi aut quid emergere, tam in praesentiarum quam in posterum, sperandum est, quam infestissimum et vix unquam placabile populorum Christianorum huius totius viciniae inter se odium, acerbiter et amarulentiam? Hanc vero quid etiam aliud consequi et concomitari debet, quam tristis et horrenda concussio, excidium et ruina harum septentrionalium regionum, tum mira laniena dilaceratioque populorum Christianorum inter se.

Quod cum ita sit, Serenissimus Poloniae Rex, Dominus noster clementissimus, mirifice pro Christiana Republica sollicitus, hortatur atque monet Serenitatem Vestram, ut habitis in conspectu non istis tantum rebus, quae ante pedes modo sunt, sed quae ex materia et fomite talium rerum successu superis emergere possunt, habita etiam in conspectu famae, honoris, dignitatis et nominis sui existimatione, quae perpetuum et immortale, vel bonum vel malum est, et nemini alioquin parcat ve- reque et citra assentacionem de rebus iudicat, ad tranquilliora sanioraque consilia sese referat, secumque diligenter animo perpendat non perpetuam fore hostilitatem Serenissimo Regi Poloniae cum Moschorum Duce et forte ad constituendam cum illo amicitiam et foedera proroganda multo expeditiores habet illius Maiestas rationes, quam vel aestimet vel etiam sperare Serenitas Vestra quoquomodo possit.

At videt illius Maiestas talem pacem cum Moschorum Duce constituendam non posse, nisi cum maximo periculo et discrimine non tam Lithuaniae, quam ipsius Livoniae ac forte etiam Suetiae, et reliquorum Regnorum Christianorum coniunctam fore. Quare iterum ob Reipublicae Christianae amorem et ob parsimoniam Christiani sanguinis Serenissimum Suetiae Regem hortatur, ut restituta Maiestati Suae Pernovia, iniuste et illegittime, nescitur quo iure quave iniuria, nisi dolo malo, contra omnium gentium ius, per Nicolaum Cristiernum, Capitaneum Serenitatis Vestrae, erepta,^{d)} siquidem spolia ante omnia restitui debent; pro Republica Christiana proque ipsa Livonia, cuius bonis pro aliqua parte utitur, contra potentiam et crudelitatem Moschowiticam sentire iam tandem aliquando incipiat, hoc praesertim tempore, cum ad urgendum et deturbandum illum ex tota Livonia multo oportunissima commoditas oblata est, bello illum²⁾ cum Maiestate Regia Poloniae, Domino nostro clementissimo, ex parte Magni Ducatus Lithuaniae impedito.

Id si Serenissimus Rex Suetiae faciet, prout illum minime facturum dubitat Serenissimus Poloniae Rex, tum se eadem Maiestas ostensurum et declaraturum recipit, totus orbis Christianus ut videat ex mutua amicitiae redintegratione, ex coniunctione quoque armorum et totius bellici

apparatus tantum commodum atque emolumentum ad Serenissimum Regem Suetiae, tantum etiam salutis et utilitatis publicae ad Livoniam, ad Suetiam et alia Christiana Regna perventurum esse, quantum aliquis nedum oratione, sed vix etiam mente consequi posset. Liberabitur enim Livonia et tota haec septentrionalis plaga a superbis et pertinacissimis Moschorum armis, tum funestis illorum gladiis cineribusque. Serenissimus Poloniae Rex cum Serenissimo Suetiae Rege in summa animorum et voluntatum consociatione vivet, inductaque perpetua simultatum, iniuriarum et offensionum oblivione, perpetuam pacem etiam cum^{e)} eius Serenitate constituet, civitatem Revaliensem, Ducatum Estoniae, et quicquid ad Harriam et Wirlandiam pertinet, ut est Narva, Neuschlos, Tolsborgk, Wesenborgk penes illius Serenitatem relinquet, ita tamen ut de iure haereditario Ducatus Estoniae cum Serenissimo Rege Daniae, consobrino suo, quibuscunque tandem potest conditionibus transgat. Ac hoc loco commemorabunt Oratores, quam protestationem anno superiori idem Serenissimus Rex Daniae de occupatione civitatis Revaliensis haud dubie contra eum fecerit, qui invasit et occupavit, non autem contra eum, qui inde ex sua possessione optime²⁾ fidei eiectus et deturbatus est.

Serenissimus vero Rex Poloniae certo promittit nulla ratione cum Moschorum Duce foedus et pacem initurum esse, sed eum tam diu bello ex parte Magni Ducatus sui Lithuaniae impetiturum praesurumque²⁾ esse, donec ea, quae iniuste in Livonia occupavit, per illum quidem amittantur, communibus vero Serenitatum Vestrarum armis et viribus recuperentur; quicquid vero communibus viribus recuperatum fuerit, id quoque commune esto arithmetica²⁾ proportione inter Serenitates Vestras dividendum.

Quae quidem conditiones cum et summa aequitate nitantur et cum salute Livoniae, totius vero huius viciniae tranquillitate coniunctae sunt,²⁾ pro utraque etiam parte honorificae et nulli, praeter ipsi Moscho, sed non immerito, praeiudiciales, credit omnino atque plane confidit Serenissimus Poloniae Rex Serenissimum Regem Suetiae non modo illas admittiturum, sed etiam utraque manu amplexurum esse; illas vero conditiones, quae per Suam Serenitatem oblatae sunt, quoniam et praeiudiciales sunt Maiestati Regiae et nomini illius parum honorificae, ne quid gravius dicatur, et pene impossibiles, admittere nulla ratione potest; praeiudiciales etiam et Serenissimo Regi Daniae ac Serenitatis eius fratri, Illustri Domino Duci Magno, quod illi Soneburga pro Episcopatu Curoniae tradita sit. Cuius amicitiam Serenissimus Poloniae Rex, sicut et reliquorum orbis Christiani Regum, magni facit nec eam temere labefactandam esse statuit, siquidem non alio spectat, non alio mentem, cogitationem, studium et conatum suum pro officio vere Christiani Regis refert, quam in firmam, stabilem et perpetuam Regum Christianorum concordiam, pacem et amicitiam.

Instantibus itaque Oratores diligenter atque sedulo pro restitutione civitatis et arcis Pernoviensis, sollicitabunt ad coniunctionem armorum contra Moschum, pro salute et paranda tranquillitate misere afflictatae Livoniae. Etsi Serenissimus Rex voluerit certam huius societatis et transactionis constitui formulam, tum ad Maiestatem eius Regiam cum pleno mandato Oratores suos ablegabit, qui cum Sua Maiestate de conciliando patienti diplomate agant. Maiestas vero Regia parata est ea

omnia confirmare ratificareque, modo congruant et non exorbitent a conditionibus supra scriptis.

Quae quidem omnia supra scripta si quis ad aequitatis naturalis,^{f)} ad publicam honestatem et cum ad tuendam dignitatem, tum et colendam mutuam amicitiam et benevolentiam Regum Christianorum inter se, nec non ad salutis et utilitatis publicae et proportionem iustitiae revocet, facile iudicabit Sacram Regiam Maiestatem Poloniae non sua compendia in hac parte quaerere, nec etiam impotenter dominandi libidine ferri, sed prorsus omnia Maiestatis eius studia, consilia, conatus ad benevolentiam et amicitiam mutuam, pacem, item ocium et tranquillitatem directa esse; quae si Serenissimus Rex Suetiae repudiaverit, id quod tamen non^{b)} sperat, tum Maiestas Regia quoscunque tandem poterit Reges et Principes Christianos in sui societatem, ac adeo etiam ipsum Moschum, contra Regem et Regna Suetiae pertrahere, in id equidem omne studium, operam et diligentiam suam collocabit, nec dubitabit Dominum Deum iustum vindicem fore repudiatarum tam honestarum et iustissimarum conditionum, subditis nihilominus et dominiis suis in ipsa Livonia optimo iure et iustissimo titulo partis non deerit, priores etiam illas offensiones, iniurias et indignitates, spolia, eiectiones, sollicitationes ad defectionem et bella contra se et Magistrum Ordinis mota ad animum revocabit ac eas porro rationes inibit, quae ad tuendam asserendamque dignitatem suam et vindicandam tam iniustam vim temereque et inconsulto violatas et repudiatas bonae vicinitatis et amicitiae rationes quoquomodo pertinere videbuntur.

Ac eo quoque loci de tollendis dissidiis et abolendo omni fomite simultatum et inimicitiarum inter Serenissimum Suetiae Regem et Ordinis Magistrum legati Serenitatis eius agent; qui idem Magister cum se cognitioni offerat et non tam ostendisse Suam Serenitatem, quam se graviter offensum esse conqueratur, non potest eum Maiestas Regia pro offitio Christiani Regis in iis ante cognitionem condemnare, quae illi a Serenissimo Rege Suetiae crimini dantur, et nihilominus in omnem eventum, ne Maiestas Regia clienti et vasallo suo favere et a partibus eius quoquomodo stare videatur, parata est ad decisionem huius causae in quoscunque Reges et Principes Christianos de forma iuris plenissima compromittere, ut sunt Serenissimus Rex Daniae aut, si videtur, ipsa Imperatoria Maiestas vel Illustrissimi Principes Prussiae, Pomeraniae, Finlandiae, Brunschwicensis, Megapolenses, ut illi missis legatis suis totam istam causam cognoscant et decidant vel, si hoc iis videtur, tum ut communes commissarii Maiestatis eius et Serenitatis Vestrae in civitate Pernoviensem, Rigensem vel Revaliensem, ad certum tempus, ut puta ad festum Sancti Michaelis, coeant et simul de re tota iudicium ferant; quicquid vero decreverint, in quocunque tandem Magistrum condemnaverint, promittit Serenissimus Rex confestim exequi et rem iudicatam debitae executioni demandare; ac ibi quoque de constituenda perpetua pace, de ineunda formula societatis contra Moschum deque Ducatus Estoniae, Harriae et Wirlandiae certis conditionibus Serenitatis eius confirmanda pleno utriusque mandato, si ita videbitur, agant et constituent. Sin minus, si videlicet illa mora vel procrastinatio Suae Serenitati non videtur, tum Serenissimus Rex Suetiae Oratores suos ad Maiestatem Regiam mittat, sicut supra dictum est, quocunque tempore voluerit.

In dorso: Instructio [Ten]czinski.

- a) *In ms. hac*
b) *hoc verbum super lineam*
c) *in ms. Maiestas Regia*
d) *in ms. ereptam*
e) *hic in margine alia manu: Aestonia abscedit*
f) *hic substantivum in accusativo omissum videtur, probabiliter: proportionem, quod paulo inferius legitur.*
z) *sic in ms.*

N. 123.

Ilzae, 16 Iulii 1562.

*Philippus Padniewski, episcopus Cracoviensis,
[Sigismundo Augusto regi Poloniae]
de affinitate cum duce Finlandiae, de amicitia cum Turcis, de legatis ad
concilium Tridentinum mittendis.*

*(Exemplar *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra et Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime. Cum superiore tempore Vilnae, iussu Sacrae Maiestatis Vestrae, cum oratores Ducis Finlandiae de conditionibus eiusce affinitatis, quae apud Sacram Maiestatem Vestram petitur, agerem, memini id tum illum Sacrae Maiestati Vestrae Principis sui nomine promisisse: Primum effecturum fuisse Principem suum, ut pax et amicitia firma inter Sacram Maiestatem Vestram atque Regnum Sueciae sanciretur. Deinde, ut Revalium²⁾ Sacrae Maiestati Vestrae restitueretur. Tum, ut ille certam pecuniarum²⁾ summam Sacrae Maiestati Vestrae mutuam daret atque pignoris seu hypothecae nomine Revalium haberet, ita ut dominium ac proprietates civitatis penes Sacram Maiestatem Vestram, usus penes illum esset; addebat et illud adducturum eum Regem Sueciae fuisse ad foedus cum Sacra Maiestate Vestra constituendum atque ad societatem belli eius Moschovitici coniungendam; quas condiciones, quum et honorificas Sacrae Maiestati Vestrae et utiles iudicarem quumque intelligerem peropportunum Sacrae Maiestati Vestrae ad omnes suas rationes fore, si Principes eos, et vicinos ditioribus suis et opibus abundantes, amicitia et necessitudine sibi coniunctos haberet, non dubitabam Sacrae Maiestati Vestrae suadere, ut in eam affinitatem assentiretur. Nunc porro, dum omnia ea contra quod ab illo promissum erat fieri audiam, difficilem omnino³⁾ dubiamque eius consilii rationem esse intelligo. Nam quod Sacrae Maiestati Vestrae Dux Finlandiae pollicetur se cum omnibus thezauris ad Maiestatem Vestram venturum esse atque opera opibusque suis Sacrae Maiestati Vestrae adversus fratrem suum adfuturum, id, et si non incommodum acciderit, nescio tamen, quantum his promissis fidendum sit, quum priora non appareant.

Video etiam, quod mutuam pecuniam Maiestati Vestrae offert, sed pignoris loco aliquid sibi in ditionibus Sacrae Maiestatis Vestrae sibi concedi vult. Id vero quam inconsultum et periculosum esset, facile Maiestas Vestra pro suo summo iudicio intelligere poterit. Pedem inferre isti in ditiones Maiestatis Vestrae cupiunt et fortasse totale Regnum quaerunt. Proinde summa et diligens cautio in omnibus his adhibenda est.

Huc accedit, quod non minus hoc in negotio affinitatis dignitati Sacrae Maiestatis Vestrae quam utilitati consuli oportere iudico. Potestatem quidem Ducibus hiis ad Maiestatem Vestram veniendi, et praesertim quod ditiones^{b)} eius iam attigerunt, censeo faciendam esse. Quod si et affinitatem ineundam cum hiis Maiestas Vestra iudicavit, ne id quidem improbare velim, modo ut cum illis eius modi conditiones ineantur, quae ex usu atque dignitate Sacrae Maiestatis Vestrae, tum etiam utilitate ditionum Vestrae Maiestatis sint futurae, ac de^{c)} affinitate quidem cum hiis Principibus coniungenda haec mea sententia est.

Quod vero attinet ea pericula, quae ditionibus Sacrae Maiestatis Vestrae impendere videntur, tum a Moschis tum a Regibus Sueciae atque Daniae, qui consilia societatemque belli adversus Sacram Maiestatem Vestram inter se coniunxerunt nunciantur, eam rem non unius cuiusque, sed publica comitiorum consultatione constitui oportere video. In quibus de omnibus bellis arciumque praesidiis et auxiliis constitui solere scio; ea porro quum brevi Sacram Maiestatem Vestram indicturam esse intellexerim, tunc penes reliquos Senatores Ordinesque Regni id, quod fides officiumque meum in Sacram Maiestatem Vestram remque publicam postulabit, magno cum studio et consulam et agam.

Cum Sultano Selymo, Caesaris Thurcarum filio, quod Sacra Maiestas Vestra ante traditum illi a patre imperium amicitiam coeperit, peroptune accidit, laetorque cum primis, quod ea in parte consilio meo, cuius suasor Sacrae Maiestati Vestrae fui, successus respondeant.

Itaque eius amicitiae firmandae stabiliendaeque causa, censuerim aliquem Maiestati Vestrae, non multum tamen insignem, eo ablegandum.

Quod autem Sacra Maiestas Vestra scribit, ut ad Reverendum Dominum Episcopum Premisliensem^{d)} scribens, quo Tridentum ad concilium legatus a Sacra Maiestate Vestra proficisceretur, miror, qui acciderit, ut in eo Sacra Maiestas Vestra sententiam mutaret. Ita enim nuper Sacra Maiestas Vestra significarat statuisse se iniuriam suam rerum Barensum ad concilium deferre atque eam vel ad Summi Pontificis vel ad concilii iudicium deducere. Quam ad rem designaverat Sacra Maiestas Vestra oratorem abbatem Trzemesznensem, simulque sententiam meam per litteras exquirebat, quemnam illi alterum adiungendum existimarem. Itaque quum rem eam a Sacra Maiestate Vestra serio susceptum actumque iri existimarem, censueram Reverendum Dominum Nominatum Episcopum Chelmensem,^{e)} abbati Trzemesznensi adiungendum, quod illi causam hanc maxime cognitam intelligerem quodque illam ab illo cum dignitate Sacrae Maiestatis Vestrae agi posse existimarem. Cur autem in praesens Sacra Maiestas Vestra sententiam illam causae suae ad concilium deferendae mutarit aliumque legatum mittendum statuerit, perspicere nequeo, sed utrumque id sibi habet. Quod attinet, ut Reverendo Domino Episcopo Przemisliensi scribam, ut cum iis^{d)} Sacrae Maiestatis Vestrae nomine Tridentum proficiscatur atque ad iter hoc quam

primum se conferat, nequaquam convenire arbitror, ut ego illi tantum munus imponam, in quo ille solius Sacrae Maiestatis Vestrae mandatum expectaturus est. Qua re si eum Sacra Maiestas Vestra mittendum decrevit, munus hoc illi per litteras demandet, atque ut profectionem acceleret, iniungat, quod quidem imprimis ad dignitatem Sacrae Maiestatis Vestrae pertinet, ut ne, quum caeteri Christiani Principes legatos suos ad concilium iam miserint atque in eo studia sua Reipublicae Christianae navent, sola Sacra Maiestas Vestra a tam praeclaro tamque necessario officio diucius cessasse videatur. Tandem me obsequiaque mea humiliter in gratiam Sacrae Maiestatis Vestrae commendo Deumque precor, ut Sacram Maiestatem vestram diu foelicem incolumemque conservet. Datum ex Ilza, die XVI Iulii anno 1562.

Regiae Maiestatis Vestrae Sacrae
humilis servus et sacellanus.
Philippus Episcopus Cr[acoviensis]

a) *Additum super lineam.*

b) *in ms. ditlone*

c) *praepositio: de bis scripta apparet.*

d) *Valentinus Herburt*

e) *Adalbertus Starożrebski*

z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in: Handl. r. Sverig., pp. 91-94.*

N. 124.

Vilnae, 6 Augusti 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis*

litterae salvi conductus pro Paulo Chmielowski.

(Orig., sig. annulare)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Universis et singulis Principibus, Ecclesiasticis et Secularibus, Dominis Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Millitibus,²⁾ Nobilibus, Capitaneis, Locumtenentibus, Regentibus, Gubernatoribus, Vicesgerentibus et quorumvis locorum Praefectis, Palatinis, Castellanis, Rectoribus, Magistratibus, communitatibus, burgi et civium Magistris, Consulibus, Officialibus, Theloneatoribus passuumque Custodibus, ac caeteris quibuscunque, ad quos praesentes litterae nostrae pervenerint, amicis nostris, salutem et omne bonum; subditis vero nostris gratiam nostram Regiam.

Mittimus ad Serenissimum Principem Dominum Szweciae²⁾ Regem in certis negociis nostris Generosum Paulum Chmielowski, Secretarium nostrum. Quamobrem commendamus illum Dominationibus Vestris, postulantes ab eis, subditis vero nostris mandantes, ut illum in locis dicio-

num suarum cum equis, comitatu, sarcinis rebusque suis omnibus, tutum atque securum praestent atque illi, tam in eundo quam in redeundo, tutos atque liberos transitus, receptus, commoraciones et quaecunque ad facultatem negotiorum nostrorum conficiendorum pertinet, praebeant, immunem quoque faciant a solutione quorumvis vectigalium, aggerum, pontium, itinerum et quibuscunque nominibus pendi solitorum. Rem nobis gratam Dominationes Vestrae in eo facturae et quam illis mutuis studiis officiisque nostris relaturi sumus. Subditi vero nostri pro gracia nostra aliter non facturi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum annulare, quo ad praesens utimur, praesentibus est appressum. Datum Vilnae, die sexta mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regni vero nostri trigesimo tertio.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

z) Sic in ms.

N. 125.

Vilnae, 7 Augusti 1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Erico XIV regi Sueciae
litterae credentiales pro Paulo Chmielowski.
(Orig., sig. annulare)
T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi Domino Erico Decimoquarto, eadem gratia Suecorum, Gothorum Vandalorumque Regi, Fratri et Amico nostro charissimo. Salutem mutuique amoris continuum incrementum.

Serenissime Princeps Domine, Frater et Amice noster charissime. Quod a nobis Serenitas Vestra per proximas et superiores literas mitti ad se nuncium cum mandatis ad transactionem pacis postulavit, etsi, cum statim post superiores literas Magnificum Comitem a Tenczin ad eas res designavissemus, Pernovico tumultu inturbata res fuit, tamen nunc item, ne quid in nobis, quod ad pacificandas Livoniae rationes pertineat, desiderari videatur, Generosum Paulum Chmielowski, Secretarium nostrum, mittimus. Cui quoniam de iis rebus cum Serenitate Vestra agendi nostro nomine et tractandi plenam dedimus facultatem, a Serenitate Vestra petimus, ut eum benigne audiat ad easque res, quae conservandae mutuae amicitiae ac publicae tranquillitatis causa postulari nomine nostro intellexerit, ita se accomodet, ut tam nostri vicissim quam pacis communis studiosam se esse ex animo declaret et demonstret. Quod illam sane, quemadmodum per literas promittit, facturam esse magnopere confidimus. Serenitatem Vestram optime valere cupimus

eique fausta ac foelicia omnia optamus. Datum Vilnae die septima Augusti. Anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

N. 126.

Vilnae, 7 Augusti 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
litterae fiduciariae pro Paulo Chmielowski ad Ericum XIV regem Sueciae
legato.
(Orig., sig. annullare)
T.K.U.A. Polen A.II.7.*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, etc.

Notum testatumque facimus hisce litteris nostris universis et singulis, praesentibus et futuris, harum noticiam habituris, dedisse nos et concessisse Generoso Paulo Chmieliowsky, Secretario nostro, quem ad Serenissimum Principem Dominum Ericum decimum quartum, Suecorum Vandalorumque Regem, mittimus, plenam potestatem et omnimodam ac generalem facultatem cum eodem Serenissimo Principe Domino Erico decimo quarto, Suuecorum, Gottorum Vandalorumque Rege, de omnibus et singulis controversiis et differentiis inter eundem Serenissimum Principem Dominum Ericum, Suuecorum, Gottorum Vandalorumque Regem, ex una, et Illustrem Dominum Gottardum Kethlerum, antehac Ordinis Theutonici in Livonia Magistrum, nunc vero per subiectionem factam Curlandiae Ducem, Principem, vasallum nobis subditum, ac universam Livoniam, dicionem nobis subiectam, de quibuscunque rebus quomodolibet et ex quacumque causa ac ratione exortis et suscitatis tractandi, transigendi, concludendi et componendi, prout damus et concedimus per praesentes, promittimusque verbo nostro regio, pro nobis et Serenissimis successoribus nostris, nos et Serenissimos successores nostros ea omnia et singula, tam in parte quam in toto, quaecumque per ipsum Generosum Paulum Chmielowsky cum superius memorato Principe Domino Erico, Suuecorum, Gottorum Vandalorumque Rege, tractata, transacta et conclusa fuerint, rata, grata et firma habituros ac perpetuis temporibus firmiter et inviolabiliter observaturos. In cuius rei fidem et testimonium manu nostra subscripsimus et sigillum nostrum annullare, quo ad praesens utimur, praesentibus apprimi mandavimus. Datum Vilnae, die septima mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regni vero nostri trigesimo tertio.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

Vilnae, 10 Augusti 1562.

[*Sigismundus Augustus rex Poloniae*]
 [ad *Ericum XIV regem Sueciae*]
instructio pro Paulo Chmielowski.

(*Exemplar. Habetur etiam huius documenti conceptum* *)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Praescriptum legationis ^{a)} ad Serenissimum Dominum Suetiae Regem, datum Vilnae X ^{b)} die Augusti anno Domini MDLXII.

Principio salute dicta nostrisque studiis et officiis Serenitati eius, ut vicino, amico et fratri nostro, diligenter nostro nomine delatis, praecabitur Nuntius noster Serenitati eius omnem foelicitatem.

Deinde dicit:

Nos, cum primum a Serenitate eius litteras accepissemus, quibus nuntium ad se cum plena facultate de Livonicis controversiis transigendi mitti postulabat, faciendum nobis existimavisse, ut ipsum confestim ad Serenitatem eius ablegarem.

Et quoniam Serenitas eius non ignoret, quam indigne toto hoc superiore tempore ab exercitu Serenitatis eius in Livonia accepti ^{c)} simus, de industria nos ab iis commemorandis abstinere voluisse.

Postulata, tantum publicae conservandae tranquillitatis causa, ea nostra esse: Primo, ut Serenitas eius Illustrem Dominum Curlandiae Ducem, quem clientem et vassalum nostrum esse intelligit, non bello neque armis, sed iudicio nostro persequatur. Paratos nos fore ius de Illustritate eius Serenitati ipsius sine omni mora reddere, si id a nobis legitime postulatum fuerit. Deinde, ut Serenitas eius in provincia Livonia, quae tota est nostrae ditioni subiecta, ea omnia nobis restituenda, quae isthic occupavit, et praesidia inde sua deducenda statuatur. Postremo, ut damna, tam nobis quam subditis nostris per omne id tempus illata, resarciat.

Eaque postulata ut obtineat, urgebit quam maxime poterit nuntius noster.

Quod si omnia, quae petimus, obtineri non posse viderit, tantam de iis paulatim deductionem faciet, ^{d)} ut ad extremum Pernoviam saltem, quae nobis per spem transactionis et tempus induciarum, atque adeo per quorundam proditionem erepta fuit, recuperasse et Suedicum exercitum e Livonia amovisse videamur.

Quod si ne id quidem impetrat, tum paciscendis annuis ^{e)} ut minimum operam dabit, ut interea, armis quiescentibus, de pace tractari possit, iuribus interea uniuscuiusque salvis manentibus.

Quod si volet Serenissimus Suaetiae ^{z)} Rex totum negotium subiicere arbitrio alicuius Principis, vel aliquorum Principum Christianorum, qui nobis non sint suspecti, ne id quidem esse recusaturos, modo de tempore et loco constituatur, quo commissarii, tam nostri quam Serenitatis eius, sint mittendi propter componendas controversias.

Interea autem si postulata nostra Serenitas eius repudiaverit, postulabit item condiciones amice ^{z)} transactionis a Serenitate eius proponi, ut, si forte latis ab Serenitate ipsius conditionibus contenti esse possimus, in iis acquiescamus. ^{f)}

Quod si Serenitas eius ad veteres suas condiciones ^{g)} redierit, ac primo Illustrem Dominum Curlandiae Ducem condemnari ac multari, deinde Pernoviam, Sonnebergam, Vittesteinum sibi tradi petierit, respondebit

Orator noster Illustrē Dominum Curlandiae Ducem nunquam apud nos a quoquam legitime conventum fuisse. Si quis id faciat, nos ius dicere etiam nunc paratos esse. Sin iudicium nostrum suspectum cuiquam videatur, non invitos id publicae tranquillitati amicitiaeque cum Serenitate eius mutuae daturus esse, ut res delectorum utrinque commissariorum arbitrio permittatur.^{z)} Pernoviam autem, ut nunc est, Serenitati eius concedere non posse, quod hoc pacto erepta nobis magis, quam a nobis concessa videretur. De Sonneburga tractatus cum aliis Principibus intercessisse. De Wittesteino aliquid fortassis confici posse, et quidem si postulatis nostris satisfacere Serenitas eius voluerit, nos non fore alienos.^{h)}

- a) *hic in concepto sequuntur verba*: quod Paulo Ch[mielowski] (*sequitur verbum expunctum*) nomine Sacrae Regiae Maiestatis
- b) *in conc.*: XII
- c) *in conc. in margine haec verba in textum inserenda*: et quanta iniuria, contra ius gentium, sub tempus induciarum affecti (*sequitur expunctum*: simus)
- d) *hic in conc. sequuntur verba*: hoc est Revaliae et Padis monasterio totique Aestoniae (*sequuntur expuncta verba*: renunciabit nostro nomine hac in), quae in Harriam et Wyrlandiam dividitur (*verbum expunctum*) nostro nomine renunciabit
- e) *hic in conc.*: inducils
- f) *hic in conc.*: vel si eas Orator noster non multum differre (*sequitur exp.*: ab hiis, quae) a praesenti praescripto nostrae legationis iudicaverit, de eis nostro nomine transigat
- g) *hic in conc.*: nunciis Magnifici (*verbum expunctum*) Ioannis Comitissae in Thenczin oblatas (*sequitur expunctum*: redierit) ac nobis transmissas
- h) *in conc. textus ita prosequitur*: Nempē ut Pernoviam (*verbum hoc pro alio expuncto suprascriptum est*) nobis cum omnibus

tormentis et aliis rebus, uti tum erat, cum caperetur, restituat, perpetuam pacem nobiscum (*sequitur expunctum*: pacem) et amicitiam ineat, in qua Dux Curlandiae et omnes Livoniae Principes, civitates et nobiles, qui nostram sequuntur fidem, comprehendantur. Quod cum fecerit et ad ratum tempus pecuniam nobis restituere bona fide promiserit ac (*pro expuncto*: et) diplomate suo caverit, tum demum etiam ratione damnorum, quae ab Magistro Livoniae Sua Serenitas (*sequitur verbum expunctum*) se suosque accepisse causatur, Vitesztino Orator noster (*sequuntur expuncta verba*: item caedere) Suae Serenitati (*sequitur expunctum*: poterit) nostro nomine (*iterum exp. poterit*) cedere ac ad definitum tempus illam arcem (*haec duo verba pro alio verbo expuncto suprascripta*) nos Suae Serenitatis Commissariis, deductis nostris inde praesidiis, comeatu et tormentis abductis, cesuros et bona fide dimissuros polliceri poterit. Caetera fidei prudentiaeque Oratoris committimus.

z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in*: Schirren, Neue Quellen III, N. 317, p. 335.

N. 128.

Vilnae, 12 Augusti 1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae universis

litterae salvi conductus pro duce Magno.

(*Orig., sig. annullare*)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, etc.

Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis, quod cum Illustris Princeps Dominus Magnus, Dux Ostrogotiae, constitisset huc ad nos certorum negotiorum causa venire, et si quidem Illustritatis eius ad nos adventum gratissimus nobis et iucundum futurus est, ne tamen Illustritas eius ea ex parte minus tutum atque securum ad nos adventum suum subvereatur, propterea quod Serenissimus Princeps Do-

minus Ericus, Rex Suetiae, Illustritatis eius frater germanus in Livonia, ditione nobis subiecta, bellum adversus nos excitaverit, quamobrem nos hac in parte, maiori securitati et tranquillitati Illustritati eius prospicere volentes, eundem Illustrrem Principem Dominum Magnum, Ostrogotiae Ducem, cum toto comitatu suo in fidem nostram regiam accipiendum sibi que saluum conductum nostrum regium ac omnimodam securitatem huc ad nos, quandocumque voluerit, veniendi ac a nobis, quandocumque voluerit, in ditionem suam redeundi dandam et concedendam duximus, uti quidem damus et concedimus illumque in fidem et protectionem nostram suscipimus per praesentes. Ita videlicet, ut libere et secure cum toto suo comitatu, sine quovis metu et perhorrescentia aut periculo aliquo vitae et rerum suarum et comitatus sui, huc ad nos venire et apud nos, quamdiu voluerit, commorari ac tandem, quandocumque voluerit, in ditionem suam libere, sine quavis detencione aut impedimento, persona, dignitate rebusque suis ac tocius comitatus sui salvis et illesis²⁾ permanentibus, redire possit et valeat. Promittimusque verbo nostro regio et fidem nostram regiam obstringimus et obligamus, quod Illustritati eius huc ad nos venienti et apud nos commoranti per totum id tempus, quamdiu apud nos commorari voluerit, plenam et omnimodam securitatem et tranquillitatem praestaturi ac in omnibus rebus benevolentiam amicam et fraternam declaraturi, nec non et liberam facultatem et potestatem in ditionem suam, quandocumque voluerit, redeundi Illustritati illius sub eadem fide et eodem salvo conductu nostro permissuri sumus. Quod etiam universis et singulis, cuiuscumque status, dignitatis et condicionis subditis nostris, ubicumque locorum in Regno et dominiis nostris consistentibus, severe praecipimus et mandamus, ut hunc saluum conductum nostrum in omnibus eius punctis, clausulis, articulis et condicionibus, firmum conservetis et Illustritati illius ac toto²⁾ comitatu ipsius nullam vim aut iniuriam, publice vel privatim, aperte vel occulte, directe vel indirecte, vel quocumque alio quaesito et excogitato colore aut praetextu, inferre audeatis et ab aliis inferri non permittatis, sub poenis in violatores salvi conductus nostri sancitis. In cuius rei fidem manu nostra propria subscripsimus et sigillum nostrum annulare, quo ad praesens utimur, apprimi iussimus. Datum Vilnae, die duodecima mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regni vero nostri trigesimo tertio.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

2) Sic in ms.

N. 129.

Vilnae, 15 Augusti 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Erico XIV regi Sueciae
litterae fiduciariae pro Paulo Chmielowski.*

(Orig., sig. annulare)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi, Domino Erico Decimo Quarto, eadem gratia Suecorum, Gottho-

rum Wandalorumque Regi, fratri et amico nostro charissimo. Salutem mutuique amoris continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Amice noster charissime.

Quod a nobis Serenitas Vestra per proximas et superiores litteras mitti ad se nuntium cum mandatis ad transactionem pacis postulavit, etsi cum statim post superiores litteras Magnificum Comitem a Thenczin ad eas res designavissemus, Pernovico tumultu interturbata res fuit. Tamen nunc item, ne quid in nobis, quod ad pacificandas Livoniae rationes pertineat, desiderari videatur, Generosum Paulum Chmielowski, Secretarium nostrum, mittimus. Cui quoniam cum Serenitate Vestra agere nostro nomine nonnihil commisimus, a Serenitate Vestra petimus, ut eum benigne audiat, ad easque res, quas conservandae mutuae amicitiae ac publice^{z)} tranquillitatis causa postulari nomine nostro intellexerit, ita se accommodet, ut tam nostri vicissim, quam pacis communis studiosam se esse ex animo declaret et demonstret. Quod illam sane, quemadmodum per litteras promittit,^{z)} facturam esse magnopere confidimus. Serenitatem Vestram optime valere cupimus, eique fausta ac foelicia omnia optamus. Datum Vilnae, quindecima die mensis Augusti, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri trigesimo tertio.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

z) Sic in ms.

N. 130.

Vilnae, 23 Augusti 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Magnum ducem Ostrogothiae
litterae fiduciariae pro Paulo Chmielowski.*

(Orig., sig. annulare)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, etc.

Illustrissime Princeps Domine, Amice noster charissime.

Cum ad Serenissimum Dominum Sueciae Regem, fratrem Illustritatis Vestrae, ablegaremus Generosum hunc Paulum Chmielowski, Secretarium nostrum, iniunximus illi, ut Vestram quoque Illustritatem conveniret illicque nostro nomine salutem plurimam diceret et denique nonnulla renunciaret. Quare petimus ab Illustritate Vestra, ut illum benigne audiat verbisque eius fidem adhibeat. Quam bene valere optamus. Datum Vilnae, die XXIII Augusti anno Domini MDLXII, Regni nostri XXXIII.

Sigismundus Augustus
Rex subscripsit.

In dorso: Illustrissimo Principi Domino Magno, Principi Suetiae haereditario et Duci Ostrogothiae, amico charissimo.

Vilnae, 25 Augusti 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
subditis suis
iter Paulo Chmielowski facilius reddi iubet.*

(Orig., sig. annulare regium)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Masoviaeque etc. Dominus et Haeres.

Capitaneis, Tenutariis, Vicecapitaneis, Burgrabiis, Proconsulibus, Consulibus, Advocatis, civitatum oppidorumque rectoribus ac eorum vicesgerentibus, caeterisque subditis nostris, per et intra Regnum ubilibet constitutis, praesentibus requirendis, fidelibus, dilectis gratiam nostram regiam.

Fideles dilecti. Mandamus vobis ita omnino habere volentes, ut mox visis praesentibus, huic praesentium exhibitori, Generoso Paulo Chmielowski, Secretario nostro, in nostris arduis negotiis a nobis ad Serenissimum Suetiae Regem eunti et rursus ad nos redeunti, de sex equis poduadarum, cum curru vel sine curru, diei noctique non parcentes provideatis et provideri ab aliis intense^{a)} curetis. Diuturnitate praesentium datae minime obstante. Pro gratia nostra secus facere non ausuri. Datum Vilnae, die XXV Augusti anno Domini MDLXII, Regni nostri XXXIII.

Petrus Miskowski praepositus
maior secretarius subscripsit.

a) *lectio incerta*

*) *Iam editum in: I.B. Menckenius N. XII.*

Stockholmiae, 26 Augusti 1562.

*Ericus XIV rex Sueciae
ad Petrum Lintz
eum ad se venire iubet.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Erich der fierzcende fon Gottes genadenn zcue Schweden, der Gotten und Wenden kohning.

Unserenn genediegen wiellen beuor. Lieber besonder.

Es hat unns unser kamerdiener und lieber getreuer, Klaudius Collart, etzlicher sachen halben, so Ihr miet ime beredet, Ihr Euch auch jegen uns erboten, underthenigst vermeldet, welchs wier unns genedigst gefallenn lassen. Weil wier den vermerckenn, das Ir Euch zcue unns selbst zcue begebenn luest hetten. So ist unser genedigst begeren, Ir Euch an unsernn khuniglichen hoff fuerderlich forfuegenn, do wier miet

Euch dem selben nach handelen, auch bielliche belonunge wiederfahren lassen woltenn. Welchs wier Euch in gnaden nicht bergen wollenn.

Datum Stockholm den 26. Augustij anno 62.

Unserenn lieben besonderen Peter Lintzenn itz zcue Dantzieg.

N. 133.

Vilnae, 22 Octobris 1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Paulum Chmielowski
itineris in Sueciam accelerationem commendat.*

(Orig., sig. annulare)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominus et Haeres.

Generose, fidelis, dilecte. Quoniam nostra plurimum reffert, ut Fidelitas Tua de rebus Livonicis cum Serenissimo Suecorum Rege nomine nostro tractationem instituat primo quoque tempore, ideo Fidelitati Tuae mandamus, ut semota omni mora atque cunctatione itineri se se accingat omnique studio in id incumbat, ut quanto celerius potest Regnum Sueciae attingat. Aliter pro debito officii sui et gratia nostra non factura. Datum Vilnae XXII Octobris anno Domini MDLXII, Regni nostri XXXIII.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis proppria.^{z)}

In dorso: Generoso Paulo Chmieliewski, Secretario et ad Serenissimum Regem Sueciae Internuncio nostro, fideli nobis dilecto.

Alia manu: Redditae Gedani 6 Novembris per cubicularium Trisna.

^{z)} sic in ms.

N. 134.

Vilnae, 23 Octobris 1562.

*Petrus Myszkowski
ad Paulum Chmielowski, internuntium ad [Ericum XIV] regem Sueciae
destinatum
incitat eum, ut quo citius ad regem Sueciae proficiscatur ab eoque plus
obtineat quam a Ioanne duce Finlandiae.*

(Orig., sig. annulare, autogr.)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Moi laskawi panie Chmieliowsky.

Iam tandem rozkazal król iegomosczech waszei moszczi iechacz w imie boze do krolia Svedskiego, a tak quod bonum felix et fortunatum Deus esse velit, racz iusz wasza moszcz iechacz a staracz sie, abi sie lepiej posluzilo, nizli okolo Xiazęcia finlandzkiego, ktori nihil praestitit eorum co o nim obiecowano.^{a)} Poki sie nie ozenil, poti bi go bil mogl na wrzod

klaszcz, obiecowal wszitko uczinic co bi iedno bila wolia a rozkazanie krolia iego moszci. Ozeniwszy sie anie pieniedzi nie chcial poziczic, iedno tak duris conditionibus ze bi ich lepiej u zida wziaszcz i we wszitkich rzeczach ani kroliewi iego moszci satisfecit, ani sie zadnemu czlowiekowi nie podobal na dworze, a wszakze, quod factum est infectum esse nequit. Ia potom bęndę cautiōr, kiedi bęndę slyszal kogo commendare, ktoregom sam nie iest szwiadom. Z tego sie iedno cieszę, ze a) skorom go uwrzal, a) wnetem professus b) sum u krolia iego moszci, ze mi sie ani postawa ani obiczaie iego nie podobaią. Na co sie krol iego moszcz ze mną zgodzil, alie fata pervicerunt, ze mu siostrę dal. A z tim waszei moszci praecor felix et prosperum etc. Datum Vilnae 23 octobris 1562.

Waszei moszci

amicissimus fidelis
P. Miskovsky

In dorso: Generoso Domino Paulo Chmieliowski Regie Maiestatis Secretario et ad Serenissimum Suecie Regem internuncio, amico suo observandissimo.

Alia manu quattuor verba, quorum ultima leguntur: veniat et revertatur.

a) sequuntur aliquae litterae expunctae.
b) in ms. professum

*) *Iam editum in:* Handl. r. Sver., pp. 104-5;
hic tamen nomen: Miskovsky erronee transcriptum est: Milkovsky

N. 135.

s.l. [Iul.-Aug. 1563?]

Gabriel Grabowiecki

ad ingotum principem [Megapolensem?]

de copiis in Germania a Christophoro duce Megapolensi pro rege Sueciae conscribendis conqueritur.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra et Serenissima Regia Poloniae Maiestas, Illustrissime Princeps, amicus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae longe observandissimus et Dominus meus clementissimus, posteaquam me huc in Germaniam ad alios quosdam Principes ablegavisset, hoc mihi etiam dedit negotii, ut Illustrissimam Celsitudinem Vestram eius Regiae Maiestatis nomine et diligentissime et officiosissime ac amantissime salutarem, tum ut Illustrissimae Celsitudini Vestrae, verbis Maiestatis eius, ac ipsius amplissimae familiae toti omnia faustissima ac foelicissima precarer. Nihil enim esse in hoc seculo magis gratum illius Maiestati, quam si intelligat Illustrissimae Celsitudini Vestrae undequaque optime esse.

Caeterum dedit mihi etiam Maiestas eius Regia literas suas, quas ut in manus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae redderem, diligenter mandavit. Ut scilicet, cum perlegisset eas Illustrissima Celsitudo Vestra illarumque sensum intellexisset, illud quod reliquum fuisset mandatorum eius Regiae Maiestatis in sinum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae per me effunderetur.

Sed cum ea ex scripto potius Illustrissima Celsitudo Vestra, quam ex verbis a me coram prolatis voluit cognoscere, coactus morem gerere Illustrissimae Celsitudini Vestrae, volui, ne quid per me voluntati et mandato Illustrissimae Celsitudinis Vestrae detrahatur. Ut itaque ad rem veniam, ita negotium hoc Legationis meae Illustrissima Celsitudo Vestra accipiat.

Accepisse Sacram et Serenissimam Regiam Poloniae Maiestatem, Dominum meum clementissimum, in Germania conscribi exercitus non mediocres idque ab iis potissimum fieri, qui Sueciae Regis partibus non obscure student. Quos deinde exercitus aut in Sueciam idonea tempestate transportent, aut iis denique ditiones eorum populentur, cum quibus Regi Sueciae hoc tempore bellum intercedit.

Quae res etsi quoque Serenissimam eius Maiestatem, Dominum meum clementissimum, nonnihil attingit, quae iniuriis Sueciae Regis provocata non solum inimicitias cum illo gerit, sed etiam bellum adversus eum suscipere necesse habuerit.

Tamen multo maiore cura atque sollicitudine Maiestas Domini mei angitur pro Serenissimo Domino Danorum Rege, fratre et confoederato suo longe charissimo. Nam quod Serenitas ipsius quoque iniuriis, etiam maximis, Sueciae Regis provocata, hostiles cum eo Rege inimicitias exercet, propinquius ab eo exercitu ditionibus item Serenissimi Domini Danorum Regis periculum imminere videt, nisi tempestive consulatur et provideatur.

Debet etiam Illustrissima Celsitudo Vestra pro ea necessitudine, quae sibi cum Serenissimo Domino Daniae Rege maxima intercedit, dare operam, ne quid tam necessario et coniunctissimo Regi ex iis potissimum locis periculi creetur, in quibus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae autoritas maxima est et summa gratia. Quod cum ita sit, etsi minime Serenissima eius Maiestas, Dominus meus clementissimus, dubitet Illustrissimam Celsitudinem Vestram omnia officia, quae ab ea in Serenissimum Dominum Daniae Regem recte proficisci possunt, sponte sua semper ac libenter omnia esse suscepturam.

Tamen eius Maiestas vel admonere tantum eius rei Illustrissimam Celsitudinem Vestram voluit, ne qua forte alia specie, colligendo huic exercitui praetensa, ab iis, qui colligendi eius curam susceperint, minus ad se eam rem Illustrissima Celsitudo Vestra existimet pertinere, vel si opus sit, etiam peteret Serenissimus Rex meus, et quidem diligenter, ut Illustrissima Celsitudo Vestra nervos suos omnes intendat, pro ea qua hic et ubique alias maxima pollet autoritate et gratia, ut omnes istorum conatus, qui conscribendi per Germaniam exercitus Sueciae Regi operam navant, dissipet et disturbet, aut saltem quocumque modo impediatur eiusque metus et periculi suspitione, cum Serenissimi Domini Danorum Regis, tum quoque Regiae Poloniae Maiestatis, Domini mei clementissimi, ditiones quantum posset liberet.

Praeterea autem, si quid amplius Illustrissima Celsitudo Vestra in hoc genere vel ad Serenissimum Regem meum, aut etiam ad Regiam Daniae Maiestatem pertinere existimaverit, in eo illarum Maiestates consilio auxilioque suo iuvet. Atque ita omnino sibi vicissim persuadeat benevolentiam quoque ac omnem animi propensionem Maiestatum Suarum Serenissimarum semper Illustrissimae Celsitudini Vestrae promptissimam et paratissimam ubique futuram esse.

Inciderunt deinde etiam huius temporis res pleraeque aliae, quibus Maiestas Domini mei cum alibi, tum praecipue adversus barbaros bellum gerens, a superbis est cumulata ac nonnullis quoque variantis fortunae molestiis interpellata est et interturbata. Inde adeo, quod Maiestas ipsius, id quod semper fuit ab animo ingenioque Maiestati illius alienissimum, bellum eodem tempore, primum cum Christianis, ut dictum est, Regibus, deinde cum necessariis quoque quibusdam Principibus suscipere necesse habuerit.

Nam cum Illustris Christophorus Megapolensis Dux, qui paulo ante per Maiestatem Regiam, quemadmodum procul dubio Illustrissima Celsitudo Vestra habet perspectissimum, maximo coacto exercitu, ex acerbissima Livonica captivitate liberatus, in coadiutoratu praeterea Archiepiscopatus Rigensis beneficio eius Maiestatis positus ac collocatus erat, acceptorum immemor beneficiorum, ad Suedicum Regem, professum et capitalem hostem Maiestatis ipsius, se contulisset, et acceptis intra Livoniam, in qua iam tum Archiepiscopatum, ut dictum est, beneficio eius Maiestatis obtinebat, Suedicis praesidiis, tam exercitus Maiestatis Regis, qui ad praesidium illius Provinciae collocati erant, quam Provinciam ipsam universam bello affligere non cessaret. Necessario et adversus hunc quoque arma sibi expedienda esse Maiestas eius animadvertibat. Quibus quidem armis ipse paulo post necessario cessit, et divina ita gubernante voluntate atque misericordia, in potestatem Maiestatis ipsius pervenit.

Qua ex re Maiestas eius Regia, Dominus meus clementissimus, communis humanitatis atque adeo mutuae necessitudinis, quae sibi cum amplissima Megapolensi familia semper arctissima et amicissima intercedit, bene memor, cum nonnihil doloris accepisset, tum profecto intercessione quorundam Germaniae Principum et fortasse Illustrissimae Celsitudinis Vestrae permota, eo se adduci passa fuit, ut totum illud liberandi eius negotium Illustrissimis Principibus Alberto Prussiae et Ioanni Alberto Megapolensi Ducibus permitteret.

Sed cum deinde in ipso plane tractatu^{a)} de liberando eo institutorumque cursu Internuntius²⁾ cum literis, a Sueciae Rege ad eum secretissime scriptis, in manus Maiestatis illius incidisset, ex quibus tam Maiestati Domini mei, quam intercessoribus et compositoribus ipsis conspiratio inter ipsos Suedica apertissima facta esset, ita ut conditionibus vulgaribus negotium liberandi eius transigi non posset, factum est, contra omnem pene spem et opinionem ac etiam voluntatem et institutum eius Regiae Maiestatis, ut diutius eum aliquanto in Polonia subsistere oportuerit, dum videlicet aut bellum inter Maiestatem Domini mei et Suedorum Regem susceptum finiatur, aut idoneae rationes proponantur cavendi ab eo sufficienter ditionibus omnibus et subditis Regiae Maiestatis.

Quod cum ita sit, voluit haec omnia Maiestas Regia ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram, uti se haberent, per me referre, tum ne quis factum hoc eius Maiestatis calumnietur, aut aliter quam se habeat interpretetur, tum ut Illustrissima Celsitudo Vestra, si quid porro Maiestatem eius velit in eo facere, voluntatem sententiamque suam Maiestati eius aperiat. Datura est enim Maiestas eius, Dominus meus clementissimus, operam, ut voluntatis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae maxima, quoad per dignitatem Maiestatis eius et dominiorum subditorumque illius tranquillitatem fieri poterit, ratio a Maiestate eius habeatur.

Haec sunt, Illustrissime Princeps, quae per me Serenissima Regia Poloniae Maiestas, Dominus meus clementissimus, ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram voluit referre. Quae omnia ut ita intelligat Illustrissima Celsitudo Vestra, ego etiam pro mea parte, quantum in me est, obnixae et maiorem in modum rogo, ut cum gratioso responso Illustrissimae Celsitudinis Vestrae primo quoque tempore ad Serenissimum Regem meum absolvi et dimitti possim. Hoc nullum aliud maius in me beneficium ab Illustrissima Celsitudine Vestra collocari poterit.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, Domini mei clementissimi perpetuo devotissimus²⁾ servitor

Gabriel Grabowieczki
Tribunus Lomsensis
Sacra Regiae Maiestatis Secretarius
et Mlavensis Praefectus

In dorso manu Paselick: Polonica oratio.

a) *In ms. tractuum*

z) *sic in ms.*

N. 136.

Vilnae, 20 Augusti 1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Ioanni Tęczyński, oratori suo,
instructionem dat pro duce et ducissa Finlandiae, de periculo Livoniae,
de pecunia mutuanda.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Instructio data Magnifico Ioanni Baptistae Comiti in Thenczin, Palatino Belzensi, ad Illustrissimum Principem Dominum Finlandiae Ducem profecto. Vilnae 20 Augusti anno 1563.

Salutata Illustritate eius Orator noster delatisque officiis nostris omnibus, legationem suam ad eum modum instituet:

Exponet primum pericula, in quibus Livonia provincia, in fide nostra constituta, his temporibus versatur; quae quia Illustritati eius ignota esse non possunt, illam in explicatione eorum moderationem adhibebit, ut capita tamen rei ipsius attingere satis esse putet.

Primum igitur ab Illustritate eius postulabit, ut summam aliquam pecuniae nobis suppeditet, quam nos ab Illustritate eius quantamcunque acceperimus, cuperemus autem, ut quam maximam accipere possimus. Omni iuris cautione firmabimus, adpositis etiam, si aliter fieri non poterit, pignoribus immobilium bonorum.

Deinde, ut tempus pensionis primae, quae dotis nomine Illustritati ipsius a nobis repraesentari debet, longius aliquanto protrahat, ne cum summa incommoditate rerum nostrarum solvere cogamur id, quod est munimentum amicitiae, coniunctionis mutuae nostrae.

Addet deinde non alienum nobis videri, ut Illustritas ispius ea bona, in quibus dotis reformationem Illustri sorori nostrae, coniugi suae charissimae, fieri voluit, hoc tempore conspici ac revideri patiatur, ut non necesse iterum habeamus alium Oratorem iisdem de rebus mittere ad Illustritatem eius.

Conveniet autem Orator noster, cum ibi fuerit, Illustram sororem nostram, coniugem Illustritatis eius, commendataque fraterna benevolentia Illustritati eius et salute nunciata, de ratione legationis suae cum Illustritate eius, quantum satis erit, communicabit.

Et in proficiscendo eo diligenter inquiret, quo in statu sint res Illustris Ducis Finlandiae. Quod si vel obsidione prematur, vel aliquibus sit expositus periculis, enitatur quoad possit, ut rebus Illustrissimi Principis, tum et Illustris sororis nostrae suam navet operam et nos de statu Celsitudinum Suarum quam primum certos faciat. Quod quidem facilius ex Illustri sorore ipsa nostra cognoscere poterit.

Quoniam vero intercesserunt nobis certae rationes confoederationis cum Daniae Rege, quarum copiam Dominus Orator habebit, non adeo metuimus rebus Illustrissimi Ducis Finlandiae, posteaquam Suedus distractus sit bello Danico.

Quae omnia ita aget Orator noster, quemadmodum antea dexteritatem et fidem illius in tractandis et peragendis negotiis nostris satis cognitam et perspectam habemus.

Petrus Miscowski
Regni Poloniae Vicecancellarius manu propria.

In dorso: Instructio Polonica. Vilnae 20 Augusti.

N. 137.

Gedani [Aug.-Sept. 1563?]

Ioannes Tęczyński
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae
de projectione sua in Sueciam certiozem eum reddit.

(Concept. humiditate ex parte destructum)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Nayaszyeyszy miloszywy krolu, panye, panye moy miloszywy.
Poczalowawszy rąką waszey krolewskyey mosczy a)...^{b)} mego miloszywego pana.

Acz theraz yusz czas nie pothemu, kthoremu w thich liku niedzyel ^{c)} kylkanasczye okręthow ^{d)} zgynęło, wszakosz ya panu Bogu szyą poruczywszy a roskazanyu waszey krolewskyey mosczy czynią dossycz, dzysz w ymyą boze na morze szyą puszczam y do Szweczye barzo w malem okrączyku yadą; bo z wyąthszem zaden yachacz pod them czassem nie chcial. Gdzye daly my ^{e)} pan Bog ^{e)} doyachacz,^{f)} stharacz szyą ^{e)} wszelakyem kszthalthem ^{g)} bandą yako by wszistko bilo ^{h)} cum dignitate waszey krolewskyey mosczy mego miloszywego pana a gdziebim

nye byl prądko odprawyon albo przes morze przebycz nye mogli, yednak staracz szyą o tho bandą jako bym thu do Gdanska waszey krolewskiej moszczi o wszystkim dal znaczczo szyą tham bandzye dzyalo.ⁱ⁾

Nowyn zadnych thu niemasz, yeno tho pewna, ysz do Danyey posel Moskiewsky yachal to then my thą sprawą [z]dal, kthory go sam wydzial. Tha thesz thu slawa yeszt zeby krol Dunsky przeczyw Szweczkemu walką podnieszcz myal: alie^{j)} nie masz nycz...^{k)}

a)-b) *Sequuntur verba expuncta*: yako... (*aliqua verba non leguntur*)... poddany. *Hic aliqua verba humiditate destructa*.

c) w tich lyku niedzyel *verba superscripta*

d) *hic aliqua verba expuncta*.

e) *verbum superscriptum*.

f) *verbum scriptum super aliud expunctum*.

g)-h) *verba superscripta super alia expuncta*.

i) *hic sequuntur versus expuncti*: przyszlo dzysz trzy okręthy ze Szweczyey, na kthorich

niemasz nykogo thakiego s kthorymy czlek o rzeczach rozmowycz mogli. Yednak sztyrmany powyedayą ysz szweczky z Dunskim krolem nye ssą w dobrej przyaszny alle thesz tho za pewne twyerdzą ysz moskiewsky poszel za pewne do Daniey yachal. Thego nie wyem przecz abi szyą Boyą aby nye staraly szyą czy

j) *hic sequitur verbum expunctum*

k) *hic textus abruptitur ob lacerationem chartae; legitur solum verbum: omnibus*

N. 138.

s.l. .s.d.

Ignoti [a Ioanne Tęczyński missi]

[ad Ericum XIV, regem Sueciae]

de tenore responsi regis ad litteras comitis [Tęczyński] conqueruntur rogantque, ut querela regis contra ducem Curlandiae [Gotthardum Kettler] clare exponatur.

(Conceptum)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra Serenissimaque Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

Voluntati Sacrae Maiestatis Vestrae in responso ad Illustrem Dominum Comitem dato declaratae ac in scripto nobis porrectae^{a)} contradicere nolumus; cuperemus tamen illud gracilioribus^{b)} nec tam accutis^{c)} verbis reddi, si Sacra Maiestas Vestra ab amicitia^{d)} Serenissimi Potentissimique regis Poloniae non abhorret et adeo contra communem hostem arma iungere vult,^{e)} idque eo in loco potissimum,^{f)} ubi^{g)} Sacra Maiestas Vestra, neglectis omnibus iniuriis, quibus Sacra Regia Maiestas Poloniae ab Capitaneis Sacrae Maiestatis Vestrae affecta est, ius sibi reddi cum Duce Curlandiae, qui erat olim Magister Livoniae, postulat; si illum pro cliente agnoscere velit,^{h)} rebus ipsius consulere cupiat etⁱ⁾ amicitiam inter dominia sua et Sacram Maiestatem Vestram dissolvi et^{j)} labefactari nolit.

Quod quidem minax et quodammodo durius^{k)} responsum, quale vel bello victis vel rebellibus subditis, non incolis^{l)} vel amicis Principibus dari solet,^{m)} veremur, ne Domino Comiti pro gratiaⁿ⁾ invidiam confleret et studia conatusque eius, in gratiam Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae

susceptos, ab emulis convellendi materiam praebeat. Quo in genere^{o)} nolimus esse diserti et curiosi,^{p)} arbitramur enim Sacram Maiestatem Vestram, pro sua prudentia, hoc apud se expensuram atque ita temperaturam, ut ex eo scripto constare possit^{q)} tantidem Sacram Maiestatem Vestram amicitiam Serenissimi Regis Poloniae facere, quanti ab Sua Maiestate suam fieri intelligit, atque non detrectare transactionem de iniuriis, Suae Maiestati^{r)} illatis, uti suis non patitur, transversum ire ac negligere, ^{s)} id enim ius et equitas amicitiae veteris, mira regiae dignitatis utriusque Maiestatum venustas et nominis celebritas postulat, ut illud alteri tribuat, quod sibi praestari vel concedi velit.^{u)}

Deinde dignetur nobis haec plenius scriptio austere declarare, quod Sacra Maiestas Vestra praestari sibi cupiat nomine Ducis Curlandiae et quam compensationem damnorum sibi fieri postulet.

Tum etiam petimus ab Sacra Maiestate Vestra demonstrari rationem et modum, sublatis illis offensionibus, utrinque ineundae cum Sacra Regia Maiestate Poloniae amicitiae, confederationis et iungendorum contra communem hostem, Moscum, armorum, ut his cognitis exacte, Illustris Dominus Comes plenam transigendi de controversia facultatem ab Serenissimo Poloniae Rege, Domino suo clementissimo, consequi et deinde rationem confederationis inire ex mandato commissioneque^{v)} plenaria Suae Maiestatis cum Sacra Maiestate Vestra possit, neque amplius super^{w)} dubiis, quae inter tractandum occurrere possint, ad Suam Maiestatem referri opus habeat, praesertim quum id negotium in longum tempus distrahi^{y)} non ex usu utriusque Maiestatum Vestrarum esse putat.

Insuper petimus ab Sacra Maiestate Vestra, dignetur diplomate^{z)} suo cavere, ne quid interim, donec ab Sacra Regia Maiestate Poloniae ad Illustrem Dominum Comitem nuncius, vel ipse Dominus Comes ad Sacram Maiestatem Vestram veniat, vel ad iustum et rectum tempus, hostile ab Capitaneis Sacrae Maiestatis Vestrae contra ditones, arces, oppida, civitates et vicos ac subditos Suae Maiestatis in Livonia fiat; quemadmodum ab Sua Maiestate Sacra Maiestas Vestra hucusque nihil tale sensit.

- a) porrectae pro duobus verbis expunctis scriptum.
- b) gracillioribus loco alicuius verbi expuncti superscriptum.
- c) lectio incerta.
- d) in ms. sequuntur aliqua verba deleta, quae non leguntur.
- e) ultima decem verba in margine scripta.
- f) verba: idque eo in loco potissimum scripta leguntur loco expunctorum: his verbis patet
- g) ubi loco quod scriptum.
- h) velit super lineam, de exp.
- i) cupiat et supra lineam scriptum.
- j) dissolvi et supra lineam scriptum.
- k) verba: quodammodo durius loco alicuius verbi expuncti adscripta.
- l) lectio minus certa.

- m) in fragmento quale... solet, in margine adiuncto, etiam expunctiones notantur.
- n) pro gratia super lineam.
- o) in ms. hic plures expunctiones notantur.
- p) et curiosi super lineam.
- q) sequuntur verba deleta.
- r) suae Maiestati super lineam.
- s-t) in margine.
- u) velit loco expuncti postulat scriptum.
- v) sequuntur in ms. expuncta verba: Sacrae Regiae Maiestatis
- w) in ms. sequuntur expuncta verba: hoc negotio
- y) sequuntur expuncta verba: minime opus habent
- z) sic in ms.

Ioannes Tęczyński

ad [Ericum XIV regem Sueciae]

nomine Sigismundi Augusti regis Poloniae eum dehortatur, ne cum Moscho [Ioanne IV] pacta ineat.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra ac Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

Illustris ac Magnificus Dominus, Dominus Ioannes Comes in Thenczyn, Serenissimi ac Potentissimi Regis Polonorum Orator, Sacrae ac Serenissimae Maiestati Vestrae perpetua ac deditissima obsequia sua defert, salutem incolumem foelicissimosque Regni successus, perenni gloria celebritateque famae auctos, precatur atque has litteras Serenissimi Principis, Potentissimi Regis Polonorum, una cum suis, nobis ad Sacram Maiestatem Vestram perferendas tradidit.

Etsi non dubitat Illustris Dominus Comes, quin Sacra Maiestas Vestra ex Secretario et litteris Illustrissimi Principis, Domini Domini Ioannis Finlandiae Ducis, Sacrae Maiestatis Vestrae fratris, studium, diligentiam et operam Suae Illustris Magnitudinis in retinenda et conservanda per Sacram Maiestatem Vestram pace et amicitia cum Serenissimo ac Potentissimo Rege Polonorum navatam, et summam legationis per Illustrem Dominum Comitem ac Generosum Dominum Henricum a Donn ad Suam Illustritatem perlatae et expositae cognoverit, noluit tamen praetermittere, quin per nos, servitores suos, affectum, studium et observantiam suam Sacrae Maiestati Vestrae testaretur atque probaret.

Quamprimum cum ex Suetia ab foelici et augusta inauguratione Sacrae Maiestatis Vestrae ad Sacram Maiestatem Polonorum, quae tum multis nominibus per Capitaneos et Gubernatores Sacrae Maiestatis Vestrae offensa et irritata erat, reverteretur, primum ea, quae ad leniendum multis contumeliis offensum Suae Sacrae Regiae Maiestatis animum pertinere existimabat, egit. Deinde, quae ad pacem, tranquillitatem concordiamque mutuam inter Sacras Maiestates Vestras fovendam et retinendam ex ore Sacrae Maiestatis Vestrae audisset, fideliter et diligenter exposuit. Tum benevolentiam, humanitatem hospitalitatemque, quam in Regno Sacrae Maiestatis Vestrae magnam cognovisset, multis verbis celebravit. Denique omnes vires suas suorumque amicorum eo intendere, pro suo in Sacram Maiestatem Vestram eiusque universam domum studio, cultu et observantia, non dubitavit, quo amicitia et concordia inter Regna et dominia Sacrarum Maiestatum Vestrarum iam a maioribus utrinque servata et quasi per manus tradita et hucusque continuata, inviolata et sarta tecta perpetuo maneat. Quae quidem quamvis ex parte Sacrae Maiestatis Vestrae sub illud tempus non solum debilitata, verum etiam convulsa erat, tamen eo studio et labore amicorumque opera tantum se profecisse Sua Illustris Magnitudo videt, ut toto eo tempore Sacra Maiestas Vestra ab Serenissimo Rege nostro nihil hostile senserit ac ne unquam sentiat Sacraeque Maiestatis Vestrae subditi et regiones unquam intelligant, ipse ultro eam provinciam, conciliandorum

scilicet animorum et firmandae amicitiae foederumque constituendorum inter Sacras Maiestates Vestras suscepit, et ad Illustrissimum Principem Dominum, Dominum Ioannem Finlandiae Duce[m], legationem, quod tum Revaliam venturus ferebatur, et ad Vestram Sacram Maiestatem transitus difficilis, immo impossibilis, crederetur, non abnuat. In qua obeunda sexcentos casus et pericula terra marique pertulit. Quod cum secus accidit, Revaliae tamdiu manere et in Finlandiam nusquam venire^{a)} coactus sit, magno Sua Illustris Magnitudo dolore afficitur. Primum, quod ipse faciem Vestrae Sacrae Maiestatis intueri et coram alloqui de his omnibus non potest, deinde quod serius quam sperabat et negotia postulant, ad Regiam Maiestatem Poloniae redibit.^{b)} Optat tamen et magnopere expetit hoc studium et laborem, in gratiam Sacrae Maiestatis Vestrae, domini sui clementissimi, susceptum, eidem gratum acceptumque esse, deinde Regnis et dominiis utriusque Maiestatum Vestrarum utilem et gloriosum fore. Quod quidem certo futurum Sua Illustris Magnitudo sibi persuadet, si Sacra Maiestas Vestra eo quoque animum, ut merito debet (si suis ditionibus optime consultum velit), adiecerit, nempe si controversiam omnem de iniuriis, Sacrae Regiae Maiestati illatis, et quae ad pacem, tranquillitatem amicitiamque stabiliendam pertineant, Illustrissimo Principi, Domino Domino Ioanni Finlandiae Duci, cum quo expeditior Suae Maiestati ratio tractandi futura est, cum Sua Maiestate componendam et transigendam commiserit. Nulla pacta cum Moscho, quae ille nisi tum cum illi expedit servare solet, ineat. Foedus cum Sacra Regia Maiestate feriat amicitiamque sancte colat ac vires suas ad tuendam Livoniam, quae cum multarum regionum Christianarum, tum etiam Sacrae Maiestatis Vestrae ditionum et dominiorum arx et propugnaculum censi potest, contra communem hostem, crudelem et omnium barbarorum barbarissimum Tyrannum cum Sacra Regia Maiestate Poloniae, quae in defendenda et recuperanda illa provincia omnia sua sibi ponenda statuit, coniunxerit atque id sibi in animum induxerit Moschum, libidine dominandi flagrantem, si, quod absit, ea potitus fuerit provincia, non finem bellis impositurum, sed materiam ad occupandas, seu verius devorandas, reliquas civitates et provincias terra marique habiturum seu nacturum. Cuius cupiditatis non vani iam a captivis et transfugis ad nostros perferuntur rumores, eum scrutari et ab nautis aliisque, quos magno pretio undique colligit, navigandi rationem, distantiam locorum, civitatum et regionum marittimarum situm, naturam moresque populorum inquirere, naves diversi generis tormentaue bellica comparare, nec solum Livoniae, sed omnium marittimarum civitatum et regionum, tam Sacrae Maiestatis Vestrae ditionis quam aliorum Regum et Principum omnino meditari et in eas bellum transferre velle. Ad quos quidem conatus eius refringendos, quum tam potentem Polonorum Regem et fidum belli socium, sibi et dominiis suis amicissimum et propinquum vicinum, Sacra Maiestas Vestra sit habitura, Illustris Dominus Comes a Sacra Maiestate Vestra maiorem in modum rogat, petit et obsecratur, primum ut ea commoda, ultro Sacrae Maiestati Vestrae opera Domini Comitibus oblata, pro sua prudentia expendere expensaque accipere neque occasionem, nunc sese offerentem, quae fronte capillata post tergum fertur esse calva, praetermittere dignetur. Existimat enim Sua Illustris Magnitudo, si haec diligentius expensa et accepta fuerint, collatis mutuis cum Regia Maiestate Poloniae tanquam ad commune incendium extinguendum viribus, Sacram Maiestatem Vestram, Deo auctore, effecturam, qui iusta

et legitime pro nominis Christiani iniuria suscepta promovere solet bella, ut hic hostis, qui nunc Livonicorum infantum et parvulorum innocenti madet sanguine, et efferata tumet inter suos arrogantia, paulo post supplex ad solia Vestrarum Maiestatum pacem mittat petiturus, quod avum et alios maiores eius Scytarum Thauricanorum Principi, qui est Regis nostri stipendiarius, semper fecisse novimus. Neque hanc coniunctionem et confoederationem Maiestatum Vestrarum ad solius huius hostis tyrannidem, vires et potentiam frangendam et comminendam pertinere existimat Dominus Comes, verum etiam contra quorumvis aliorum hostium, quos unquam terra marique petere vel ab eis iniuriam propulsare Sacra Maiestas Vestra voluerit, Sacram Regiam Maiestatem Polonorum semper paratam et expeditam habere poterit. Quod quidem ut eo celerius perficiatur, Illustris Dominus Comes, pro sua in Sacram Maiestatem Vestram observantia, defert Sacrae Maiestati Vestrae obsequia sua suorumque amicorum, fidelia simul et expeditissima, quibus si aliquando Sacra Maiestas Vestra uti voluerit, experitura est^{c)} eum plus re ipsa praestare velle, quam ut verbis polliceri audeat. Eo enim est erga Sacram Maiestatem Vestram animo, ut neminem, secundum Deum et Serenissimum Polonorum Regem, in terris esse sciat, quem maiore studio et observantia colat et veneretur, praeterquam Sacram Maiestatem Vestram, certo sibi persuadens Sacram Maiestatem Vestram eum gratia et benevolentia sua regia prosequuturam.

Atque haec nomine Suae Illustris Magnitudinis ad Sacram Maiestatem Vestram pertulimus eodem, quo ab Sua Illustri Magnitudine nunciata sunt animo, accepturam ac citra magnam procrastinationem nos ad Suam Illustrem Magnitudinem cum optato responso dimissuram.

Ioannes Comes in Tencin
manu propria subscripsit.

a) *Sequuntur verba: tandiu manere expuncta.*

b) *correctum ex: redire potest.*

c) *est supra lineam scriptum.*

N. 140.

s.l., s.d. [1562?]

[*Sigismundus Augustus rex Poloniae*]

ad [*Ericum XIV*] *regem Sueciae*

per oratores suos ad coniunctionem armorum contra ducem Moscoviae [Ioannem IV] obtinendam eum cohortatur; tractat de futuro matrimonio sororis [Catharinae Iagellonicae], de conflictu inter ducem Curlandiae [Gotthardum Kettler] et regem Sueciae aliisque.

*(Exemplar; adest aliud exemplar, partim humiditate deletum *)*

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Instructio Sacrae Regiae Maiestatis, Legatis ad Serenissimum Sueciae Regem data.

Ubi oratores nostri ad Serenissimum Regem Sueciae venerint, principio Suam Serenitatem, tanquam amicum, fratrem, vicinumque nostrum charissimum, salutabunt deferentque Suae Serenitati studium benevo-

lentiam et omnia fraternaue offitia nostra, simul etiam salutem, cunctis foelicitatibus affluentem, et rerum gestarum gloria florentem, praecabuntur. Deinde nostro nomine dicent:

Quanta nobis cum Serenissimo Suecorum Rege universaque ipsius familia toto nostro seculo amicitia coniunctioque, a maioribus per manus tradita, intercesserit, et quibus quantisque officiis ab Serenissimo olim parente nostro charissimo erga patrem Suae Serenitatis aucta et cumulata sit, ne ipsum quidem Serenissimum Regem Sueciae ignorare arbitramur, quam nos obliterandam et negligendam minime putavimus. Immo omni genere benevolentiae et humanitatis amplificandam nobis proposueramus, certo sibi persuadentes Suam Serenitatem, exemplo Serenissimi olim parentis sui, minime diversum animum ab nostra amicitia fraternoque amore et veteri coniunctione retinenda ac indes magis magisque confirmanda et ratificanda habituram.

Iam vero quod nihil aliud de Sua Serenitate nobis polliceremur, quam quod de fratre, amico vicinoque nostro coniunctissimo polliceri debebamus, acceptis scilicet litteris Suae Serenitatis, amicitiam et fraternum amorem redolentibus, quibus partim nos ad coronationis seu inaugurationis suae solennes ceremonias invitabat, partim fratris sui, Illustrissimi Ducis Finlandiae, negotium affinitatis, cum nostra familia perpetuo nexu contrahendae et firmandae diligenter commendabat. Qua quidem in re nos amice postulationi Suae Serenitati gratificari volentes, non inviti per oratorem nostrum, Magnificum Ioannem Comitem in Thenczin, quem nostro nomine inaugurationi Suae Serenitatis interesse mandaveramus, atque iustis, ut in hoc negotio fieri solet, conditionibus interiectis, coniunctionem, amicitiam affinitatemque cum tam nobis coniunctissima familia non solum non renuimus, verum etiam libenter amplexi sumus, certo sibi statuentes hac necessitudine et affinitate animorumque coniunctione perpetuam indissolubilemque amicitiam inter nos nostraque dominia et Suae Serenitatis constare nec unquam dissolvi aliquo impedimento posse.

Quum paucio interiecto tempore renuntiatur nobis civitatem Revaliensem,^{a)} Padis arcem, in fide et clientella nostra positam, ab Serenitate Sua occupatam, praesidia nostra in ea et arce locata, omni genere apparatus oppugnata et eiecta, finitimas arces nostras partim vi, partim armis ad defectionem sollicitatas esse.

Qua quidem iniuria et contumelia irritati et affecti, potuimus rationes, quae inter Principes fieri consueverunt, nostrum ius persequi et iniuriam ulcisci, si non multo plura, quam ante litteris de amicitiae sua coniunctione mutua per oratorem nostrum, Magnificum Ioannem Comitem in Thenczin, nobis Sua Serenitas polliceretur et facti huius causas redderet cognitionique mutuae se submissuram, si ea re amicitia mutua labefactari videretur, et arma contra communem hostem nobiscum coniuncturam se promitteret fratrisque negotium tanta cura comendaret.²⁾ quanto diligentius Suam Illustritatem illius successum ex animo optare sciebat.

Nec minora hiis per Generosum Ezechiam Gypfurth Illustrissimi Ducis Finlandiae oratorem, eandem in sententiam nomine Suae Serenitatis ad aures nostras perferebantur et promittebantur.

Quibus quidem rebus nos adducti, qui pacem honestam bello et concordiam amicitiamque Principum vicinorum cruentis victoriis praeferrere iusti Principis et Christiani Regis offitium iudicantes, non solum ab armis abstinuimus, verum etiam oratores nostros ad Illustrissimum

Ducem Finlandiae, fratrem Suae Serenitatis, proxime praeterita hieme, propterea quod expeditior tractandi ratio cum eo, quam cum Serenissimo Rege Sueciae, sub illud praesertim tempus, visa est, ablegavimus, iniurias per Serenissimum Sueciae Regem nobis illatas Suae Illustritatis cognitioni et censurae committentes, de Sua Illustritate persuasi Serenissimum Sueciae Regem fraternam cognitionem minime repudiaturum nostramque amicitiam, diuturna coniunctione firmatam, minime neglecturum; quin satisfactione pro iniuriis nobis illatis facta, et si quid ab nostris vicissim paciatur, compensatione accepta, nobiscum arma contra communem hostem, Moschum, coniuncturum,^{b)} uti se facturum ultro receperat. Quum huius hostis potentiam et dominandi libidinem, indes crescentem, universis septentrionalibus et maritimis regionibus ac suis dominiis formidolosam esse diceret et magno se studio contentioneque ad hoc bellum ferri, veluti ad commune incendium extinguendum, paratum esse affirmaret, si nostrum quoque parem affectum in id animadverterit.

Verum ubi ad rem ventum est, Sua Serenitas nihil per fratrem suum, Illustrissimum Ducem Finlandiae, agere voluit, tantum abest, ut ei^{c)} controversiae transactionem committeret.

Interimque ad nos binas litteras, plenas humanitatis et benevolentiae, dederit, ita ut nulla suspitio relicta fuerit hostilis Suae Serenitatis erga nos animi; quibus quum nos pari modestia et humanitate responderimus, et cum Duce Curlandiae ex aequo et iusto ius dicturos nos recipere eamque ob causam mandata nova Magnifico Ioanni in Thenczin Comiti, Legato nostro, cum ea de singulis rebus transigendi et componendi dederamus.

Quum interim adferuntur nobis ab eadem Serenitate litterae, quibus praedictum Magnificum Comitem in Thenczin ad se mitti cum plena facultate de omnibus transigendi petit, et inducias ad festum Nativitatis Divi Ioannis ultro designat, ne scilicet ab utraque parte, nempe a nobis et Duce Curlandiae ac Sua Serenitate quicquam hostile in alterum ad illud tempus attentetur aut procuretur, sed sit ab armis integra cessatio; qua quidem re nos ex litteris Suae Serenitatis cognita et intellecta, nihil minus quam hostilem animum Suae Serenitatis erga nos et subditos nostros Livonios expectabamus, quum ipsam inducias ultro designasse et ad se mitti cum plena facultate legatum peciisse,²⁾ qui iam ante per nos eo ut ire visus fuit, in procinctu itineris erat, animadvertimus sperabamusque Suam Serenitatem non tam de iniuriis, quarum nullas deprehendere possumus praeter accusationes, cum oratore nostro rem negotiumque instituturam esse, quam consilia in communem belli molem contra hostem communem et hereditarium, Moschum, collaturam et rei bene gerendae rationes mutuas quaesituram, quumque nunciaretur Suam Serenitatem non contemnendas copias cogere et bellum in Livonia apparere, adduci nunquam potuimus haec contra nos et nostros subditos converti ab Sua Serenitate posse, qui optime nobis conscii sumus nullam unquam causam offensionis Suae Serenitati nos dedisse^{d)} induciasque inter nos et Suam Serenitatem intercessisse.^{e)} Immo non ignoramus Serenissimum olim parentem nostrum magnum argumentum verae et integrae amicitiae patri Suae Serenitatis, dubiis eius in rebus, exhibuisse, cuius rei complura in archivio nostro extant testimonia; nosque conscii sumus nobis nihil de parentis nostri charissimi amore et benevolentia erga Suam Serenitatem et familiam Suae Serenitatis intermisisse, quin eandem officii amicis auferemus et cumulatiorem responso, fratri Suae Serenitatis causa de affinitate dato, reddere studeremus.

Dignos tamen nos Sua Serenitas iudicavit (quamvis a maioribus institutam sancte coluerimus amicitiam et eam affinitate auctiorem reddere cupiverimus), cuius subditos absque una legitima causa, minime indicto bello, armis persequatur. Cum enim diebus superioribus Moschovitico bello, quod pro salute Livoniae suscepimus et eius saluti consulere volentes in nostras ditiones derivavimus, nos occupatos animadvertisset, nulla lacessitus iniuria, induciarum ab se ultro oblatarum tempore, quas non Christiani solum Principes, verum etiam ethnici et quique barbari semper sancte et inviolate observabant et hucusque observant, civitatem et arcem Pernoviam,^{f)} cuius directum et utile dominium ad nos pertinebat et quam praesidiis nostris multo tempore tenuimus et, ut reliquam Livoniorum provinciam, quae sese nobis ultro dedit, septem integris annis sumptu nostro, sanguine suorum tutati sumus et hucusque tuemur, milite et bellico apparatu oppugnatam per deditionem improborum et perfidorum quorundam civium occupavit, ius divinum, humanum et gentium violavit. Quod parentis nostri nostroque tempore ab Thurcis et Scythiis, nomen Christi ignorantibus, minime nobis usuvenit, neque unquam accidere posse spes est, quum sanctius illos iura foederum et induciarum colere et fidem servare, quam Christianos quosdam Principes experiamur.

Qua quidem re quum nos graviter contra ius gentium ingentique contumelia et dolore affectos nemo est qui non intelligat, postulabunt nostro nomine Oratores, ut occupatam civitatem et arcem Pernoviam nobis bona fide restitui et in possessionem, uti tum quum intercepta est fuit, cum omnibus tormentis bellicis arcis et civitatis, sulphureis pulveribus, globis tormentariis, bombardicis omnique artelaria tradi mandet, damna resarciri iubeat et ius de hiis, qui tantum patrarunt facinus, reddat. Nos vicissim pollicemur Suae Serenitati ius de Duce Curlandiae et de omnibus Livoniis, a quibus se vel suos subditos aliquid damni Sua Serenitas accepisse ostenderit, reddituros, quemadmodum eius rei inter alios Principes usitatae rationes per legatos nostros proponentur.

Accepimus porro Serenitatis Suae non ita pridem responsum, Magnifici Comitis in Thenczin, Oratoris nostri, nunciis datum, et per eundem Oratorem nobis transmissum, quo Sua Serenitas nihil unquam contra nos egisse nisi contra Livonici Ordinis Magistrum dicit, et conditiones pacis ineundae, nempe ut dedantur Suae Serenitati tres arces pro damnis, quae sunt nostri iuris, proponit.

Quum tamen non ignoret Sua Serenitas iam pridem Magistrum clientem, vassallum et subditum nostrum Livoniamque nostrae ditionis esse, et nos saepius testari de illo iusticiam ex aequo et iusto administrare velle, si quis instituto cum eo iudicio agere vellet, praesertim quum ille accusationes Suae Serenitatis partim diluit et a se removet, partim constanter negat et se innocentiamque suam ostensurum coram nobis, tantum directo suo Domino, nulli parti addicto, recipiat, et maiorem multo ab Sua Serenitate sibi iniuriam allatam quaeratur,^{z)} quam ut de aliqua accusari possit.

Quem quum ex simplici accusatione Suae Serenitatis condemnare minime nobis conveniat, nisi iure per mandatarios convictus fuerit, non possumus satis mirari, quare eum Sua Serenitas ex sola accusatione pro convicto et condemnato habendum esse velit, quum nemo eum coram nobis in ius vocaverit, tantum abest, ut convincere debeat, quasi vero in sola accusatione, non in ordinaria cognitione causarum ius

Christianorum Regum consistat. Idque illi vitio vertitur, quod quum longe optima et amplissima possessione Revaliensis civitatis et Padis monasterii, totius orbis iudicio iniuste, cum magna ignominia nostra, fuerit partim vi, partim proditione quorundam perfidorum hominum exutus, iniuriam illatam quaerebatur. Iam vero quod attinet condiciones oblatas, has nos accipere sine dedecore et infamia nominis nostri non possumus neque nobis licet, praesertim quum Zuneburgum²⁾ pro Curoniae Episcopatus bonis Serenissimo Regi Daniae ac Illustrissimo fratri ipsius Magno^{g)} voluntate nostra sit concessum.

Cuius nos amicitiam, ut aliorum Principum, non levipendendam nobis ducimus. Pernoviae, quae nunc nobis erepta est, et Wittesztino²⁾ neque cavere possumus, neque illarum ius in quemquam transferre nobis est integrum, salva scilicet dignitate nostra, quam tueri a maioribus nostris consuevimus, nam id non transactionis amicae, sed extorsionis violentae, hoc praesertim tempore, fuisset.

Quare hortamur Suam Serenitatem, monemus atque fraterne rogamus, velit nobis ablatam contra ius gentium Pernoviam primo quoque tempore in possessionem restituere, ad nos pro iusticia administranda cum Duce Curoniae legatos mittere, vel si id non placet, cognitionem causae inter Suam Serenitatem et Ducem Curoniae rectis commissariis demandare, loco et tempore, quo velit eos mitti, designato, ut eo quoque nostri, munere et conditione aequali, venire possint, qui de omnibus et singulis controversiis transigendi, componendi et decernendi habeant facultatem.

Vel si Sua Serenitas in Caesaream aut Bohemiae Maiestatem vel aliquos Principes Ellectores²⁾ non compromittere noluerit, nullius nos iudicium et cognitionem detrectare volumus. Immo pollicemur id quidquid per eos contra Curoniae Ducem vel pro eo decretum fuerit, debitaee executioni primo quoque tempore demandaturos, atque in eum modum, sublatis cunctis offensionibus, non dubitamus, quin Sua Serenitas Moschoviticam efreuem²⁾ et Christiano orbi periculosam potentiam dominandique infinitam libidinem confirmare et stabilire desinat; quam profligare et minuire pro offitio Regis Christiani merito debet, praesertim quum nunquam commodiorem occasionem aggrediendi eum atque nunc habere queat, implicito scilicet ipso bello Lithuanico et deductis ex Livonia praesidiis, quo quidem eum nos non prius urgere desistere in animo, Deo auctore, habemus, donec ea quae in Livonia iniuste possedit, iuste amittat et crudelitatis suae poenas meritas luat.

Quae quidem res utrique nostrum, regnis dominiisque nostris inter universos Christianos famam inefabilem,²⁾ populis subiectis pacem, apud posteros vero gloriam sempiternam pariet et pristinam amicitiam, per maiores nostros cultam, non solum confirmabit, verum etiam perpetua necessitudine et vinculo coniunget. Id quod non dubitamus Suam [Serenitatem]^{h)} Reipublicae Christianae amore nominisque sui famae nostraeque amicitiae et fraterno amore, facturam minime diffidimus, praesertim quum iusta et Christiano Principe digna ab Sua Serenitate postulare nos sciamus.

a) *hic verbum: occupatam scriptum in margine.*

b) *in ms. repudiaturam, neglecturam, coniuncturam, facturam; post verbum coniuncturam supra lineam scriptum est: sit (vel sic).*

c) *hic in ms. de, quod in ei corrigimus.*

d)-e) *in margine scriptum.*

f) *hic in margine alia manu: Pernovia capta*

g) *sequuntur verba expuncta: cuius nos amicitiam*

h) *deest in ms.*

z) *sic in ms.*

*) *Iam editum in: Handl. r. Sverig., pp. 94-99.*

s.l. [ante 4 Octobris 1562]

[Ioannes Tęczyński]

ad [Ericum XIV] regem Sueciae

eum nomine [Sigismundi Augusti] regis Poloniae ad nuptias [Ioannis] ducis Finlandiae et [Magni] ducis Ostrogotiae cum [Catharina et Anna Iagellonicis] sororibus regis Poloniae invitat.

(Conceptum. Adest aliud conceptum cum minimis variantibus)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacra ac Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

Quum anno superiore, postulationis Vestrae Sacrae Maiestatis causa, Serenissimus Potentissimusque Rex Polonorum, Dominus noster clementissimus, Illustrissimo Duci Finlandiae, Sacrae Maiestatis Vestrae fratri, affinitatis coniunctionem cum Suae Maiestatis familia ambienti, responsum ex sententia animi ipsius Celsitudinis, ac demum hoc praesenti anno non dissimile Illustrissimo Duci Ostrogotiae,^{a)} eandem necessitudinem petenti, dedisset, non alio consilio quam ut hac ratione Sacram Maiestatem Vestram sibi ex amico amicissimum et^{b)} coniunctione necessitudinis ac^{c)} affinitatis redderet perpetuoque nexu firmaret.

Quibus quidem sponsalibus seu nupciis inter sorores Suae Maiestatis Illustrissimas et fratres Vestrae Serenitatis contrahendis dies^{d)} est dicta. Quod^{e)} negotium, quoniam opera, auspiciis interventioeque Vestrae Sacrae Maiestatis est inchoatum, et ad eandem aequo gradu atque ad Suam Maiestatem pertinet, Sacra ac Serenissima Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, ab Vestra Maiestate amice et fraterne petit, dignetur eandem nupciarum solennitatem praesentia sua auctiorem et celebriorem reddere; quam Sua Maiestas ab suis, in finibus dominiorum suorum, honorifice excipi et in locum nupciarum, uti par est, tantum Principem deduci curabit omniaque humanitatis et hospitalitatis officia praestare studebit; vel is id rationes Vestrae Maiestatis^{f)} non tulerint, saltem per Oratorem suum, qui eius locum sustineat, praestare dignetur. Ab Sua Maiestate similia officia, quae ad honorem augendum famamque Vestrae Maiestatis propagandam pertinere existimabit, expectare atque id sibi de Sua Maiestate persuadere poterit, quod de amicissimo et integerrimo Principe, amico et fratre suo, persuaderi par est.

a) in altero conc. sequitur: per Ezechiam Gyppfurth

e) in ms. sequitur verbum: quidem, expunctum.

b) in ms. et pro expuncto hac superscriptum.

f) in ms. verba: Vestrae Maiestatis loco expunctorum suae suorumque superscripta leguntur.

c) ac supra lineam, correctum ex aliquo verbo expuncto.

d) in ms. sequitur spatium album.

[*Sigismundus Augustus*] rex Poloniae (per oratores suos)
ad [*Ericum XIV*] regem Sueciae
de societate armorum contra ducem Moscoviae [*Ioannem IV*], ad quam
obtinendam rex Poloniae regi Sueciae partem Estoniae cedere pa-
ratus est.

(*Conceptum? Exemplar? **)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Altera Instructio.

Quod si id non successerit, quod in priori instructione est manda-
tum, Rexque Sueciae nullis Commissariis controversiam de iniuriis neque
arbitris demandare, Pernoviam restituere^{a)} recusarit et ad hoc pro
iusticia administranda Legatos mittere noluerit, agendum cum eo de in-
duciis ad unius anni vel duorum decursum erit.

Si vero neque pacem servare et inducias, possidens Pernoviam,
statuere renuat, sed bello nostros persequi volet, habebunt Oratores
nostri speciales litteras ad Suam Serenitatem fidei, quibus ipsis plena
facultas de omnibus transigendi committetur.

Primum omnium, ut nobis de recta pace cum Serenissimo Sueciae
Rege et perpetua amicitia coniunctioneque mutua armorum contra com-
munem hostem, Moschum, constare possit, permittimus nostris Oratori-
bus, ut nostro nomine de iure, quod nobis in universam^{b)} Livoniam per
deditionem voluntariam et spontaneam omnium Ordinum illius provin-
tiae competit, ita in Estonia^{c)} est, hoc est de sola Estonia, cedant^{d)} et
eam in Serenissimum Regem Sueciae transferant, hoc est Harriam et
Wirlandiam, quarum^{e)} prior continet Revaliam et Padis, altera Narvam,
Nayschloss, Tolysburg, Wessenburg.^{z)}

Quicquid insuper ipse armis nobiscum iunctis possederit, illud iuxta
proportionem nobiscum dividunto. Quae suis occuparit, eius iuris esto.
Pernovia ad nos iusque nostrum postliminio redeat. Wytensztinum^{z)}
nostri iuris esto et omnia, quae per deditionem vel quamcunque aliam
rationem in nostram possessionem venerunt, et hucusque possidentur.
Ita tamen, ut in conditionibus pacis Dux Curlandiae et omnes alii, qui,
nostram sequuti fidem, sese nobis dediderunt, comprehendantur.

Item ut cum Rege Daniae ipse transigat de^{f)} iure, quod in Revaliam^{g)}
illi competit.

Item si nullas praedictarum conditionum accipere voluerit, agent
Oratores nostri, ut Pernovia nobis Rex Sueciae cedat, a nobis vero
Vittesztinum^{z)} accipiat. Robore cuius curabunt, ut nuncient nobis.^{h)}
Tandem non prius tamen id concedant, nisi iam desperatas omnes alias
rationes pacis animadverterint.

a) Verba: Pernoviam restituere in margine
adscripta leguntur.

b) in ms. sequitur expunctum verbum: com-
petit

c) in ms. primum Aestonia, deinde Estonia
scriptum apparet.

d) in ms. caedant

e) in ms. quorum

f) in ms. sequitur expunctum vocabulum: Re-
valia

g) in ms. sequitur expunctum verbum: habet

h) totius propositionis lectio minus certa con-
sideranda est.

z) sic in ms.

*) iam editum in: Handl. r. Sverig., p. 100.

*Ignotus**ad usum officii*

de negotiationibus regis Poloniae Sigismundi Augusti cum Suecis per legatos et eorum colloquio cum rege Suetiae in persona; de foedere contra Moscoviam ineundo, de matrimonio Ioannis ducis Finlandiae cum Catharina Iagellonica, de damnis in Livonia illatis resarciendis; de Revalia regi Poloniae restituenda; notitiae variae ex Livonia.

(Concept. multum negligenter scriptum. Cfr. N. 151.)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Iaka byla nassa pirwscha rzecz do krolia sweczkiego, z odpowiedzi iego na pissmie daney pokazacz sie moze, na którą odmawiając zadalissmy go.

Przodkiem, aby pokazal, czo za krzywda od Kxiazacza Iego Mosczi Kurlanczkiego, poddanego Iego Krolewskiej Mosczi cierpi, a iakiey by za nie nagrody zadal.

Druga, aby na ten czass, gdy przydzie ad transactionem, krzywdi Iego Krolewskiej Mosczi uczinione od niego vicissim nagrodzone byli.

Trzecia, iesli yusz ma^{a)} krol Iego Moszcz tego pewien, ze sie s niem przeciw Moskiewskiemu spiknie et arma coniuget bycz ma.

Czwarta, aby temczasem poki sie to stanowi miedzi Kroliem Iego Moszczią a Kroliem Sweczkim pokoy byl.

Na tho przess Groff Peitra y Marczena Elsinga^{b)} secretarza dano nam odpowiedz na pissmie, tho yest okolo krzywd script niemieccki y drugi okolo Pernava, Wittessthina y Zunemburku, laczinski.

Item, aby Kroliowi Iego Moszcz krzywdi uczinione nagrodzil, slowy odpowiedzieli, ze krol Sweczki nie ma nicz czinicz nie yako zyw czenil s krolom Iego Moszczią Polskiem, ieno z Mistrzem Iflanczkim, a tho bendacz gravibus provocatus iniuriis.

Okolo confederaciey y przeciw spolnemu nieprzyaczielowi nie moze dacz odpowiedzi zadney drzewiey, ass by mu sie nagroda skod y krzywd od mistrza uczynionych sthala.

Stania y przymierza zadnego w tem czassie miecz nie chczial, przeto yss sie przess takie stania wiele rzeczy zlych, a wiethsche zayątrzenia dzieyą.

Gdyssmy potem s samem mowili kroliem, ze rozną odpowiedz mieli powiesci^{b)} y obiethniczy iego nam dali, znowu w thysz slowa nass glatkiey slowy y obiethniczami karmil, tak ysch ktoby yem wierzycz chczial rozumieczby o yego wielkiey przyazni przeciw krolowi Iego Mosczi musial, alie na pissmie dacz tego nie chczial, thamze thes byla rzecz o pana Dunina o pana Oldemboka y o ynych rzeczach ktore yusz minely.

Na ostatek przy zegnaniu wymawialissmy mu odprawą iego przess casu^{b)} Iego Mosczi pana Grabię poslana.

Gdzie zadal aby krolowi Iego Mosczi za tha laską y przyaszni dziękowal ze pana Grabie na coronacie iego poslal. O Rewel go wymowil

ktory, gdyby mu przez Krolia Iego Miloszcz nagrodzone byly utrathy, iego wrocnicz przyobieczal.

Item sie thes za Bratem swem do Krolia Iego Mosczi o Malzensstwo przyczinial, ktore by sam rad zwiodl, by s kroliowa Angielska postanowienia pewnego byl nie mial. Alie gdi Brathu iego tha laską Krol Iego Mosczz raczy uczinicz, chcżacz za tho bycz powinien yako by tho samemu yemu stacz sie mialo. A ysz ma wolią z Angliey przyechawssy s kroliem Iego Mosczią sie gdzie ziechacz i przyazn pewną y wieczną postanowicz y przeciw Moskiewskiemu sie zbuntowacz.

K temu ysch offiarowal sie Krolowi Iego Mosczi pieniedzy na ktorekolwiek dwa albo trzy Zamki s tych piączy pozyczicz tho iest Pernav, Wittesthein, Zunemburg, Karix, Venden. A tho nie dlia yakiey korzysci. Bo chcżacz wytrączicz wsistko przy oddawanyu pieniedzy tho czo by s tych zamkow wziął. Alie aby tho radam swem ukazal ze wedlie przysiegi swey wsistko ku lepschemu rzeczy pospolitey ych cziny. A tems²⁾ s tych piączy Zamkow trzy darmo miecz chce.

Przyznal sie ku wszistkiem rzeczam, ieno, aby Rewel wrocnicz albo przeciw Moskiewskiemu sie bunthowacz nie mayącz z Mistrzem koncza obiecacz mial, tego sie zaprzal, powiedayącz ze Rewlia salva sua dignitate et sine pernicie wrocnicz nie moze, tak ze by thes za salonego sie rozumial gdzieby przeciw Moskiewskiemu nie mayącz z Mistrzem koncza czo poczal.

Czo sie tycze pieniedzy, rzekl ze ych ma dossycz a nie thelo pozyczicz alie y darowacz ych pewna summe by mogli, czemu yako ynem rzeczam mala wiare dawam bo y nie tak iest yako sie rozumie bogathi y s kazdem lakomczą zrowna. Pothem do Gospody Gorzelarza dwa iego przysli, ktorzy po dlugich rozmowach i pokussach pytali sie yeslibysmy dobrze Krola okolo pieniedzi za thy zamki wyrozumieli: gdysmy powiedzieli zessmy nie rozumieli tego iako ynich rzeczy, bo trudno rozumiecz temu kto sie ku iednem rzeczam zna a ku drugiem znac nie chce, powiedzieli ze to yest sententia y żądosc Krolia Iego Mosczi, zeby dal za thy Zamki Krolowi Iego Mosczi Polskiemu modo emptionis stho thysieci thalierow. Na czo gdyssmy powiedzieli zeby to nie wielie na ieden s nych pozyczaniem obyczaiem summam dacz a nie przedaynem sami s siebie natraczili zeby thes mogli sie ieszcze magis tolerabiles naleszcz conditiones, gdyby ad tractatus przyslo, wschakosch na wierze i statecznosci tamtego pana prozno sie sądzicz zwlaszcza yss ma thi ludzie ktorzy go na tho stroyą. A Krolia Iego Mosczi pana nassego vires tem extenuant, ys atch ma wielie y czystych ludzi, alie czy dlugo na woynie trzymacz nie mogą bo są roskosny a prawie effeminati ludzie, niewczassow nie radzi czierpią, wietschy obos nys woysko mayą rzadko kiedy trzezwy są, krola pana swego panowie nie sluchayą y nie kiedy kaze, alie kiedy sami chcżą^{c)} na woynie yadą s ktorey zass kiedy sie yem podoba do domu sie wracayą. Polaczy z Litwą intestina odia et civilla bella mayą, dlia czego then pan nikomu srog bycz nie moze; tho nie ieden s teyze rady zapewne powiedzial, na Francuzuzy sie zwasniwszy spominal, thes tho sam krol zapewne na pokoyu yzby rad Iego Krolewskiey Mosczi na Moskiewskiego pomogl, gdzieby s nim chcżacz w rowny dzial yszcz, alie thego dzialu niechali.

Tho thesz spominal yss sie chcze staracz u Krolia Iego Mosczi o thysz trzy zamki wscheliakiem sposobem a tho przeto ysch zawsze ku Rewlyu nalezaly. A gdzieby ych dostacz nie mogli, mayethnosczy y gardlo na tho wazyzcz chce a onych^{c)} dostawacz.

Do Książeczia Iego Mosczi Filanczkiego przysylal prossacz, aby sie nam o thysz trzy zamki za sto thisieczy thalierow staral albo zeby ie saltem sam na sie otrzymal.

Do Rewlia przychawssi

Naliazlem myasto y zamek tak pusty, ysch zamek sturmem 500 czlowieka, a myastho 1000 ubieczec y ossadnicz mogli, bo byly wsistczy do Pernowa wyciagneli y na ostatek 200 knechtow nedznych chlopow Swedow, gdy sturmy trzy straczili, tam ze wyprawili.

Zandalem szlusfochta aby mi przewodniki ku Pernavu wedlie Pasportu Crola Sweczkiego dal a zathem, wdawssy sie s niem w rzecz, mowilem iako nieprzystoynie sobie poczynią ze miasta y Zamki Krolia Iego Mosczi nie maya s niem iusz czenicz a nie powiedziawschy tego pierwey Iego Krolewskiey Mosczi, k temu wiedząc ze Krol Iego moszcz pan nass od krolia ych upewnion okolo pokoyu ass do S. Iana byl. A w them czassie Posel Krolia Iego Mosczi przychacz miel który yusz w Stokholmie iesth. Czego Thurczy Thatharowie y Moskwa nie czini, przypominając yem czo za slawa stąd panu ych przydzie a yaką wiarą na potym Kroliowi ych y Swedom wsistkiem dawacz bendą. A czo thesz dobrego tha rzecz yem czassu swego przyniescz moze, czo wsistko Christiernowi wypissal y przepiss pasportu poslal, bo na thą zaprzą²⁾ y Wyttesstina dobywacz wolią mieli iako Pernowa dobyli.

Powiedzial mi tham ieden dobry czlowiek za pewne, ktorego viary y statecznosczy przeciw Kroliowi Iego Mosczi Iego Moszcz Kxiaze Kurlanczkie y pan Dunin dobrze swyadom:

Ze them Krolia Iego Mosczi Swedowie slawya jako by to krol Sweczki na smowie s Kroliem Iego Moszczia czinicz miel, ze Revel, Padis y Pernow wzial. Bo nie thelo tho, alie wsistek Kurland Ryge y ynssi zamki mu przedal nad wiadomosc Czissarską y Rzessey Niemieckiey, yeno w tho łącz ych nieprzyazni dopuszcza, aby dobywal tych zamkow krol sweczki a on sam przez spary chce patrzycz na tho, zadnemu ratunku nie dayacz, s czego wielka nieslawa obelzenie y zlorzeczenie Iego Krolewskiey Mosczi rosczie zeby ludzie chrzesczianski za pieniadze przedawacz miel.

Acz Christiern z Hanss Larzem gdy mi okolo stania do postanowienia przez posly o voznyce listhy do Krolya Iego Mosczi dawali, thes tho opowiedzieli ze do Narwy s them który przy sobie mieli liudem y który yem miel czo dzien ze Sweczkiey przybycz, tak jesny iako piessy, czyagnacz sie obiecowały y okretow ktore z Narwy plyneli yusz byli wz[iely]. Acz thes wyem, ze we wssem wszendy zakazano, zeby jako do Rygy tak do Narwy pod straczeniem maiethnosczy y gardla zaden zeglowacz nie smial.

Wschakos yednak ten dobry czlek ynsą mi sprawe dal, ze Chr[istiern], gdi do Pernowa cziagnacz miel, do Dunskiego starosthy pissali oznaymując mu ze Pernowa dobywacz cziagnie. Proschacz aby mu w them nie przeskadzali. On mu na tho odpissal ze tho rad vidzi y nie thelo aby przekazacz miel alie by go w thim iesli trzeba rathowacz chczial. The sprawe dal then, który list do Moskwiczina pissal y od niego zass czytal.

A iss okrethy kazano gotowacz y drugich lapacz, okazując tho zeby z Moskwa chczial walczycz, tho czinia ynschem umyslem a zlem jako zwykli serczem, nagothowawschy wymowke którą u Moskiewskiego

wynidą. Alie thą classem y drugą którą we^{d)} Szweciey ma zlacziwszy, a ludzmi dla ktorych do Lybku do Magdeburku do Alberstadu ze^{d)} 12 Hethmanow poslal ossadiwssy y s kroliem Dunskim sie zienocziwssy chce uderzycz razem na Gdanski Elbinski Kroliewieczki Ryski porth y na Dunemand Zamek. A Livlandu mistrza y ze wsistkiey ziemie wygnacz y wykorzenicz a sami sie thą ziemią na poly rozdzielicz y bydz domini^{b)} oceani.

Pusczili thesz ten glos zeby broye^{b)} woysko Krolia Iego Mosczi przess Moskwe myalo bydz porazone y kielkiadziesąth mil Polski, tho iesth Lithewskiego pansthwa, mieliby posiecz, dlia czego y Krol Iego Mosczi odbiezawssy pustho Wilna miał do Crakowa yachacz, lyudzie sie ku obronie ostatka staracz.

Prosil then dobry człek aby sie w tych wsistkich mieszcziech zdrady strzezono. Bo y Rewel od pyaczy albo schesczi lath practiką stroiony thegos y therass sie bacz trzeba, zwlaszcza ysz successus vulgus et fortunam plerumque sequitur. A oni therass Pernowem pod niebo yusz rogi podniesli. W Ziemi Herczyk Magnussowey dowiedzialem sie pewnie ze Posel Dunskiego krolia iest u Moskwy, starayacz sie nie thelo o pokoy alie de communibus armis iungendis przeciw Krolowi Iego Mosczi do Ziemie Iflianczkiey.

Ieden Lipczanin, ktoremu byl pan Mistrz okreth wziął, powiedzial panu Grabi, ze u niego y u niego y u wsistkich ynich, ktorzykolwiek iedno krzywdą iaką mienią swą miecz, od niego prawa dostaną aby tem wiethszy pretextum przeciwko yemu therasz zwlaszcza gdy Krol Iego Mosczi instanter woyna zabawyaniu miecz mogli, czo gdzie by to nie bylo, malo by z tego lwa zajacz nie byl, yako mi ieden, ktory iego obyczaiow swiadom, powiedzial.

Dano mi thes tę sprawe, ze sie o Forstemberku u Moskiewskiego wsseliakiem sposobem stara, powiadayacz ysz skoro by go w reku myal Kiethlier, za dziesiecz grossy nie bendzie stal.

Thom thes w uszy swe slyszal, ze tho lyudzi barzo obraza tak sliachte yako mieszczyani. Iego Kxiazeczey Mosczi Kurlanczkiego iest gubernatorem ziemi iflanczkiey, powiedayacz ze ymie Mistrzowi iest odmienione. Alie przedsie thenze iest yako pyerwey y gorzey. Bo czo ych bylo wielie na them tho on sam therass trzyma y sprawuye wsistko thak, ze thesz y czy krolowie s tego sydza a thim wiethsza checz ad oprimum eum maya. Wedlie niego glopsthwu bylo lepiej w Polscze albo w Lithwie czem inem go opatrzycz a thamtho uspokoycz. Tho thes zapewne czwierzdą ysz haw albo morze Rewelskie dostawschy, yusz Pernowa Krol Sweczki chce zawrzecz yakos y terass zawarł. A tham Mytho yako Dunski krol ma w Dunczie uczinicz skąd^{e)} wsistkim Miastham Pruskiem Pomorskiem y Rydze niewola. A yemu wielki pozytek uroszci. Bo nyemo thamten Porth zaden zeglowacz do Narwy y do Moskwy ani stamtąd nie moze y w Rydze o them mowią ze, gdy tego dowiedzie, s franczuskim kroliem Bogaczthwy sie porowna, przeto trzeba tem rzeczom w czas zabiegacz. A Wittensthin czo nalepiey opatrzycz bo ten zamek Rewliowi zywnosc zawsche odyacz y Moskwy na przekazie bycz moze a zaden ynschy wieczey.

a) Hoc verbum superfluum videtur.

b) lectio incerta.

c) hoc verbum in ms. repetitur.

d) hic sequuntur aliquae litterae expunctae.

e) in ms. skład

z) sic in ms.

s.l. [ex Finlandia post 12 Octobris 1562]

[Ioannes Tęczyński]

ad [Sigismundum Augustum regem Poloniae]

de accepto mandato in Sueciam proficiscendi, de difficultatibus navigationis hiemalis.

(Conceptum; charta lacerata et ex parte humiditate destructa)

T.K.U.A. Polen A.II.7.

Sacrae ac Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae^{a)} manum summa cum veneratione osculor.

Die hodierno^{b)} redditae mihi sunt litterae Sacrae Maiestatis Vestrae, Vilna datae ad XXII Octobris,^{c)} per Dominum Trisna, quibus Sacra Maiestas Vestra me sine ulla cunctatione^{d)} in Sueciam proficisci^{e)} tractionemque^{f)} de rebus Livonicis instituendam^{g)} cum Rege Sueciae mandare dignata est. Cui quidem mandato Sacrae Maiestatis Vestrae, uti per integros duos menses satisfacere paratus eram, idque etiam nunc^{h)} minime negligam, si navisⁱ⁾ nauclerique copiam nancisci potero; externae^{j)} enim naves omnes abierunt et Gedanum^{k)} in hyberniam stationem reductae sunt.

Deinde hucusque nemo^{l)} tam desperatae salutis inveniri poterit, qui sese tam periculosae navigationi, sub hoc tempus praesertim, committere volet; periculum tamen infra praesentem septimanam,^{m)} omnem movens lapidem feriet; salutis suae Deo cura commissa,ⁿ⁾ ut mari sese committere queat. Quod si id fieri non poterit,^{o)} uti ego spero, nam die Sancti Martini portus omnes^{p)} iuxta legum praescripta clauduntur, neque cuiquam extra eum navigare permititur,^{q)} ad Sacram Maiestatem Vestram revertar, propterea quod nunquam per Livoniam transire hoc tempore^{q)} potero; antequam enim illuc pervenissem, iam omnis navigationis spes auferetur. Id, quod anno transacto experti sumus.

Certa fama huc perlata est Ducem Christopherum^{z)} Mekelburgensem^{z)} institutum^{r)} et certa pacta cum Rege Szweciae^{z)} iniisse^{s)} ac prorsus ab Sacra Maiestate Vestra defecisse.

a) *In ms. sequuntur verba expuncta: Domine Domine clementissime*

b) *in ms. sequitur expuncta praepositio: per*

c) *ultima quinque verba supra lineam adscripta.*

d) *in ms. sequuntur verba expuncta: et semota omni mora*

e) *sequitur expunctum: atque*

f) *in ms. tractionemque*

g) *verbum hoc, pro alio expuncto supra lineam adscriptum, etiam instituere legi possit.*

h) *in ms. sequitur verbum expunctum: satisfacere*

i) *sequitur expunctum verbum: copiam*

j) *propositio correcta ex: omnes enim naves externae*

k) *Gedanum adscriptum supra lineam loco verbi expuncti, probabiliter: miles*

l) *hucusque nemo loco verborum expunctorum, quae non leguntur, supra lineam adscriptum.*

m) *sequitur verbum expunctum, quod non legitur.*

n) *verba: salutis suae cura Deo commissa supra lineam, loco alicuius verbi expuncti, adscripta apparent.*

o) *sequitur verbum expunctum, probabiliter: die*

p) in ms. sequuntur duo verba expuncta, quae non leguntur.
q) verba: hoc tempore supra lineam adscripta sunt.

r) lectio incerta: etiam constitutum legi possit.
s) sequuntur verba expuncta: quod num intersit Sacrae Maiestatis Vestrae, nosse non
z) sic in ms.

N. 145.

s.l., [1562]

[Ioannes Tęczyński]
ad [Sigismundum Augustum regem Poloniae]
litteras regis Sueciae mittit.
(Concepti fragm.)
T.K.U.A. Polen A.II.7.

Id heri senioris Serenitatis ipsius Secretarius et ante quidam, qui ex Dania venit, certo retulit.

